E. Renaudot, Liturgiarum orientalium collectio, 2 voll. Parisiis 1716. - G. P. Badger, The Nestorians and their Rituals, London 1852. - Breviarum Chaldaicum, 3 voll. Parisiis 1886-7. - Lectionarium [syriace], Urmia 1889. - A. Baumstark, Lucubrationes syro-graecae, Leipzig 1894. - Idem, Die Messe im Morgenland, München [s. d.]. - Idem, Festbrevier und Kirchenjahr der syr. Jakobiten, Paderborn 1910. - J. Jeannin, L'octoëchos syrien. I. Étude historique, II. Étude musicale, OC N. S. 3 (1913) 82-104, 277-98. - R. H. Connolly, Anonymi auctoris Expositio Officiorum Ecclesiae, Georgio Arbelensi vulgo adscripta, CSCHO, Lovanii 1911, 1913, 1915. - A. Baumstark, Nichtevangelische syrische Perikopenordnungen des ersten Jahrtausends im Sinne vergleichender Liturgiegeschichte untersucht, Münster 1921. - Idem, Paradigmengebete ostsyrischer Kirchendichtung ,OC N. S. 10-11 (1923) 1-32. - F. Burkitt, The early syriac lectionary System, London 1923. - A. Rücker, Die syrische Jakobosanaphora, Münster 1923. - Idem, Über zwei syrische Anaphorensammlungen, OC N. S. 10-11 (1923) 154-57. - R. H. Connolly, Sixth-Century Fragments of an East-Syrian Anaphora, Oc N. S. 12-14 (1925) 99-128. - H. Fuchs, Die Anaphora des monophysitischen Patriarchen Jôhannân I... im Zusammenhang der gesamten jakobitischen Anaphorenliteratur, Münster 1926. - H. Lietzmann, Messe und Herrenmahl, Bonn 1926. - S. A. B. Mercer, The Anaphora of Saint James of Serug, Journ. of the Soc. of Orient. Research. 11 (1927) 71-75. - M. Wolff, Ostsyrische Tisch- und Abendmahlgebete, OC 3, 11 (1927) 70-93. - I. E. Rahmani, Les liturgies orientales et occidentales, étudiées séparement et comparées entre elles, Beyrouth 1929. - E. C. Ratcliff, The original form of the Anaphora of Addai and Mari, JTS 30 (1929) 23-32. - A. Baumstark, Die Idiomela der byzantinischen Karfreitagshoren in syrischer Überlieferung OC 3, 3-4 (1930) 232-47. - J. M. Hanssens, Institutiones liturgicae de ritibus orientalibus II-III, Romae 1930-32. - Idem, Un ancien catalogue d'anaphores syriennes, Ephem. Liturg. 46 (1932) 439-48. - S. Euringer, Die äthiopischen Anaphoren des hl. Evangelisten Johannes des Donnersohnes, und des hl. Jacobus von Sarug, Orient. Christiana, Rom 1934, n. 90. - H. Engberding, Die Kirche als Braut in der ostsyrischen Liturgie, OCP 3 (1937) 5-48. - Idem, Die syrische Anaphora der zwölf Apostel und ihre Paralleltexte, OC 3, 12 (1937) 213-47. - A. Raes, Les paroles de la consécration dans les anaphores syriennes, OCP 3 (1937) 486-504. - W. C. van Unnik, Nestorian Questions on the Administration of Eucharistie, by Isho'yab IV, Haarlem 1937. - J. M. Vosté, Breviarium iuxta Syrorum orientalium, id est Chaldaeorum, Città del Vaticano 1938. - H. Engberding, Eine neuerschlossene, bedeutsame Urkunde zur Geschichte der östlichen Weiheriten, OC 36 (1939) 38-51. - A. Baumstark, Zwei syrisch erhaltene Festgebete des byzantinischen Ritus, OC 36 (1939) 52-67. - H. G. Codrington, Anaphora Severi Antiocheni. Anaphorae syr. I, Romae 1939, pp. 50-96. - A. Rücker, Anaphora Timothei Alexandrini. Ibid., pp. 1-47. - H. G. Codrington, Anaphora Ioannis Chrysostomi. ibid. vol. I, fasc. 2, Romae 1940, pp. 150-202. - I. Hausherr, Anaphora Gregorii Nazianzeni, ibid. pp. 98-148. - A. Raes, Anaphora Duodecim Apostolorum prima, ibid. pp. 203-227. - Idem, Anaphora Duodecim... secunda, ibid. pp. 209-64. - J. M. Vosté, Pontificale iuxta ritum Ecclesiae Syrorum occidentalium, id est Antiochiae, Città del Vaticano 1941. - W. de Vries, Zur Liturgie der Erwachsenentaufe bei den Nestorianern, OCP 9 (1943) 460-73. - A. Raes Anaphora Cyrilli Hierosolymitani. Anaph. syr. vol. I, fasc. 3, Romae 1944, pp. 323-64. - G. de Vries, Anaphora Dioscori Alexandrini prima, ibid. pp. 265-300. - Idem, Anaphora Dioscori... secunda, ibid. pp. 301-21. - A. Raes, Le récit de l'institution eucharistique dans l'anaphore chaldéenne et malabare des Apôtres, OCP 10 (1944) 216-26. - Idem, Aux origines de la fête de l'Assomption en Orient, OCP 12 (1946) 262-74. - Idem, Introductio in liturgiam orientalem, Romae 1947. - Idem, L'étude de la liturgie syrienne : son état actuel, Miscell. liturg. Mohlberg, I, 333-46. - B. Botte, L'anaphore chaldéenne des Apôtres, OCP 15 (1949) 259-76. - K. N. Daniel, A critical study of primitive Liturgies, especially that of St. James, 2 ed. Tiruvalla 1949. - J. Lassus, Liturgies nestoriennes médiévales et églises syriennes antiques, Rev. Hist. Rel. 137 (1950) 236-52. - O. Heiming, Palimpsestbruchstücke der syr. Version der Jacobusanaphora aus dem 8. Jahrhundert in der Hs. Add. 14615 des Br. Mus., OCP 16 (1950) 190-200. - H. G. Codrington, Anaphora Jacobi Sarugensis prima-tertia. Anaph. syr. II, 1, Romae 1951, pp. 1-83. - A. Raes, Anaphora Ioannis Sabae, ibid. pp. 85-104. - O. Heiming, Der nationalsyrische Ritus tonsurae im Syrerkloster der ägyptischen Skete, Miscellan. G. Galbiati, III, 132-74. - Idem, Der Ordo des heiligen Mönchs « schema » in der syrischen Kirche, Gesammelte Arbeiten z. Ged. O. Casel, Düsseldorf 1951, pp. 152-72. - H. W. Codrington, Studies of the syrian Liturgies, London 1952. - C. Moussess, La liturgie chaldéenne des Apôtres, Proche-Or. Chr. 2 (1952) 125-41. - A. Baumstark, Liturgie comparée, 3 ed. Chevetogne 1953. - A. Raes, Anaphora Gregorii Ioannis, Anaph. syr. II, ed. Romae 1953, pp. 211-31. - Idem, Anaphora minor S. Iacobi, ibid, pp. 181-210. - O. Heiming, Anaphora S. Iacobi, ibid. pp. 100-180. - J. Lassus, La liturgie dans les basiliques syriennes, Studi Biz. Neoellen. 8 (1953) 418-29. - H. Engberding, Das chalkedonische Christusbild und die Liturgien der monophysitischen Kirchengemeinschaften, A. Grillmeier - H. Bacht, Das Konzil von Chalkedon II, Würzburg [s. d.] 697-733. - B. Botte, Problèmes de l'Anamnèse, Journ. Eccl. Hist. 5 (1954) 16-24. - M. Black, The Festival of Encaenia Ecclesiae in the Ancient Church with special reference to Palestine and Syria, Journ. Eccl. Hist. 5 (1954) 78-85. - M. Black, A christian palestinian syriac Horologion, Cambridge 1954. - B. Botte, L'epiclèse dans les liturgies syriennes orientales, Sacr. Erudiri 6 (1954) 48-72. - H. Engberding, Die westsyrische Anaphora des hl. Johannes Chrysostomus und ihre Probleme, OC 39 (1955) 33-47. - E. Hammerschmidt, Die syrische Jakobusanaphora, Ost. St. 4 (1955) 289-99. - G. Khouri-Sarkis, La Fête de l'Eglise dans l'année liturgique syrienne, Irénik. 28 (1955) 186-94. - M. Rajji, L'Horologion melkite en syriaque palestinien [arabice] Al-Machriq 49 (1955) 339-61. - B. Mariani, Breviarium syriacum, seu martyrologium syriacum saec. IV... ex syriaco in latinum transtulit, Romae 1956. - R. Tonneau, Le rite primitif du baptême, OS 1 (1956) 335-45. - E. Delly, Le culte des saintes images dans l'Eglise

syrienne-orientale, OS 1 (1956) 291-97. - E. R. HAMBYE, Le baptême dans les Eglises syriennes de l'Inde, OS 1 (1956) 255-67. - A. RAES, Où se trouve la Confirmation dans le rite syro-oriental ? OS 1 (1956) 239-55. - B. BOTTE, Le baptême dans l'Eglise syrienne, OS 1 (1956) 137-55. - Idem, Note sur la prière de signation d'un enfant, OS 1 (1956) 185-88. - G. KHOURI-SARKIS, Prières et cérémonies du baptême, selon le rituel de l'Eglise syrienne d'Antioche, OS 1 (1956) 156-84. - Idem, Le « propre » de la Messe syrienne, OS 1 (1956) 445-61. - A. RAES, Les deux composantes de l'Office divin syrien, OS 1 (1956) 66-75. - I. H. DALMAIS, L'apport des Eglises syriennes à l'hymnographie chrétienne, OS 2 (1957) 243-61. - G. KHOURI-SARKIS, Réception d'un éveque syrien au VI^e siècle, OS 2 (1957) 137-85.

E) *Iuridica*

C. A. NALLINO, Pherne nel senso « Donatio propter nuptias » in scritti siriaci e giudaici, Rend. Acc. Linc. 6, 2 (1926) 479-91. - PLACIDUS A S. JOSEPH, De Fontibus Iuris ecclesiastici syro-malankarensium (Cod. can. or.) Città del Vaticano 1937, 1939. - J. M. VOSTÉ, Ordo Iudiciorum Ecclesiasticorum compositus a Mar ʿAbdišoʿ (Ebedjesu) metr. Nisibis ; latine interpretatus est... (Cod. can. or.) Città del Vaticano 1940. - Idem, « Liber Patrum » latine interpretatus est, notis illustravit (Cod. can. or.) Città del Vaticano 1940. - G. GRAF, Das Rechtswerk des Nestorianers Gabriel, Bischofs von Basra, in arabischer Bearbeitung, OCP 6 (1940) 517-22. - P. HINDO, Disciplina antiochena antica : Siri, III. Textes concernant les sacrements, Città del Vaticano 1941. - Idem, Disciplina antiochena antica : IV (Cod. can. or.) Città del Vaticano 1943. - Idem, Disciplina antiochena antica. Siri, II. Les Personnes, Città del Vaticano 1951. - Ph. NABAA, Les sources de l'ancien droit matrimonial des Melkites, Proche-Or. Chr. 2 (1952) 302-18.

F) *De archaeologia et arte*

C. TEXIER, La ville et les monuments d'Édesse, aujourd'hui Orfa en Mésopotamie, Rev. Or. et Américaine (1859) 326-54. - A. BAUMSTARK, Vorjustinianische kirchliche Bauten in Edessa, OC 4 (1904) 164-83. - R. HORNING, Verzeichniss von Mosaiken aus Mesopotamien, ZDPV 32 (1909) 113-16. - H. GOUSSEN, Über eine « sugitha » auf die Kathedrale von Edessa, Mus. 38 (1925) 117-36. - J. STRZYGOWSKI, L'ancien art chrétien de Syrie, son caractère et son évolution... Paris 1936. - S. GUYER, Le rôle de l'art de la Syrie et de la Mésopotamie à l'époque byzantine, Syria 14 (1933) 56-70. - G. H. AWAD, Ancient Monument in Iraq. The Monastery of Rabban Hormizd [arabice], Mossul 1934. - E. CONDURACHI, Eléments syriens dans l'architecture chrétienne d'Illyrie, Stud. Biz. Neoellenici 6 (1940) 78-86. - U. MONNERET DE VILLARD, Le chiese della Mesopotamia, Roma 1940. - A. M. SCHNEIDER, Die Kathedrale von Edessa, OC 36 (1941) 161-67. - E. PETERSON, La croce e la preghiera verso oriente, Ephem. Liturg. 59 (1945) 52-68. - P. PEETERS, Les ex-voto de Khosrau Aparwez à Sergiopolis, AB 65 (1947) 5-57. - A. GRABAR, Le témoignage d'un hymne syr. sur l'architecture de la cathédrale d'Edesse au VI^e siècle et sur la symbolique de l'édifice chrétien, Cahiers Archéol. 2 (1947) 41-67. - J. LEROY, L'iconographie des églises de langue syriaque, Miscellanea Galbiati, I, 175-84. - D. van BERCHEM, Recherches sur la chronologie des enceintes de Syrie et de Mésopotamie, Syria 31 (1954) 254-70. - A. DUPONT-SOMMER, Un hymne syriaque sur la cathédrale d'Edesse, Cahiers Archéol. 22(1947) 29-39. - Some historical Vestiges of the Convent of St. Behnam the Martyr near Mosul, Beirut 1954. - J. LEROY, Mosaïques funéraires d'Édesse, Syria 34 (1957) 306-42.

PRIMA PARS

PATRES ET SCRIPTORES ORTHODOXI

Caput I

PRIMI SCRIPTORES SYRI

Non multa restant scripta syriaca e periodo primitiva quae secunda medietate saec. II inchoata est. Tatianus enim suum « Diatessaron » evangelium, non meram versionem e graeco, perfecit, quod est primum scriptum Patrologiae syriacae. Accedunt alia opera gnosticismo plus minusve imbuta ut sunt Acta Thomae, Liber Legum Regionum et quae ad primam legendam Abgaris et Addai spectant. Pseudo-Melito e contra orthodoxus censendus est. Haec omnia scripta inde a secunda medietate saec. II ad medium saec. III composita sunt et quidem vel ubi florebat Bardesanes vel prope illam urbem apud syros occidentales. Nullum vero conservatum est opus syriacum in regno persarum ante saec. IV.

§ 7. Diatessaron.

D. seu graece τὸ διὰ τεσσάρων εὐαγγέλιον, vocatur harmonia seu mixtio evangeliorum in unicum textum facta a Tatiano probabilius quando adhuc Romae discipulus erat s. Iustini Martyris (+ 165) aut saltem ante iter in Orientem a. 172.

Etsi a. 1934 inventum sit in ruinis Durae-Europou fragmentum D. in lingua graeca quod ante 254 inscriptum est, communior opinio censet, propter rationes internas historiae et criticae textualis, D. exaratum esse a Tatiano in sua materna lingua syriaca.

Cum vetusta mss. D. syriaci desint, tentamen reconstruendi textum syriacum, hucusque nondum perfecte absolutum, nititur citationibus antiquiorum auctorum — Aphrahates, Ephraem, « Liber Graduum » etc. — et vetustarum versionum syriacarum, ut

est versio librorum Titi Bostrensis contra Manichaeos. Obstat autem huic labori non solum difficultas iudicandi utrum de adiectis textibus diversorum evangeliorum an de vere fusis in casu agatur, sed etiam factum quod hi auctores versiones etiam evangeliorum separatorum interdum adhibere videantur. Iuvat etiam ad reconstitutionem comparatio cum pluribus D. in aliis linguis, inter quae eminet persicum recenter editum. Magni etiam momenti est D. armenicum quod influere videtur in versionem armenicam Commentarii Ephraemi in D. Attamen de nullo ex his D. constat fidelem fuisse translationem textus syriaci ; nam collata cum fragmentis syriacis haec D. apparent saepissime uti liberiores operis Tatiani retractationes.

Immensus et gravissimus fuit D. influxus in omnes fere recensiones antiquas evangeliorum. Etenim vestigia eius in codice Bezae notata sunt et ipsa Vetus Latina et citationes Novatiani supponere videntur antiquiorem versionem latinam D., quae mater fuit D. in occidente cum suis vetustis versionibus in neerlandica, germanica, anglica et italica linguis. In Oriente vero praeter memorata D. persica et armenica, exstat D. arabicum. Neque desunt vestigia D. in syropalaestinicis evangeliis necnon in ibericis et turcicis.

Studia : Usque ad an. 1939 bibliographiam copiosissimam collegit C. PETERS, Das Diatessaron Tatians. Seine Überlieferung und sein Nachwirken im Morgen- und Abendland sowie der heutige Stand seiner Erforschung, Roma 1939. Ex eo potissima seligo in sequentibus : Th. ZAHN, Tatians D., Erlangen 1881. - P. A. CIASCA, Tatiani Evangeliorum harmoniae arabice, Romae 1888 (2 ed. 1934). - J. R. HARRIS, The D. of Tatian, London 1890. - A. HJELT, Die altsyrische Evangelienübersetzung und Tatians D., Leipzig 1903. - H. J. VOGELS, Die altsyrischen Evangelien in ihrem Verhältnis zu Tatians D., Freiburg i. Br. 1911. - E. PREUSCHEN, Untersuchungen zum D. Tatians, SB. Heidelberg Ak. 9, 15, Heidelberg 1918. - D. PLOOIJ, A Primitive Text of the D., Leyden 1923. - A. JÜLICHER, Der echte Tatiantext, Journ. Bibl. Lit. 43 (1924) 132-71. - A. BAUMSTARK, Die Evangelienzitate Novatians und das D., OC 3, 5 (1930) 1-14. - A. VACCARI, Propaggini del D. in Occidente, Bi. 12 (1931) 326-54. - C. H. KRAELING, A Greek Fragment of Tatian's D. from Dura, London 1935. - A. BAUMSTARK, Das griechische D.- Fragment von Dura - Europos, OC 3, 10 (1935) 244-51. - D. PLOOIJ - C. A. PHILLIPS - A. J. BARNOUW, The Liège D. edited, Amsterdam 1929-35. - A. S. MARMADJI, D. de Tatien. Texte arabe, Beyrouth, 1935. - R. P. CASEY, The Armenian Marcionites and the D., Journ. Bibl. Lit. 57 (1938) 185-94. - V. TODESCO - A. VACCARI - M. VATASSO, Il D. in volgare italiano, Città del Vaticano 1938.

Post opus autem citatum, en recentissimam bibl. : M. BLACK, The Palestinian Syriac Gospel and the D., OC 3, 14 (1939) 101-11. - A. BAUMSTARK, Der Tatiantext von Luc. 24, 13, OC 3, 14 (1939) 19-37. - Idem, Zwei italienische D-Texte, ibid. 225-42. - A. MERK, Tatian in italienischem Gewand, Bi 20 (1939) 294-305. - C. PETERS, Daniel Plooij und die Diatessaronforschung, NTT 28 (1939) 233-41. - A. F. L. BESTON, The Arabic Version of Tatian's D., JRAS (1939) 608-10. - C. PETERS, Ein neues Fragment des griechischen D. ? Bi. 21 (1940) 51-55. - Idem, Zum Problem der Stilistik in Tatians D., OCP 6 (1940) 508-17. - C. S. C. WILLIAMS, Tatian and the Text of Mark and Matthew, JTS 43 (1942) 37-42. - C. PETERS, Die Entstehung der griechischen. D. übersetzung und ihr Nachhall in byzantinischer Kirchenpoesie, OCP 8 (1942) 468-76. - Idem, Der D. text von Mt 2, 9 und die westsächsische Evangelienversion, Bi 23 (1942) 323-32. - Idem, Neue Funde und Forschungen zum D. problem, Ibid. 68-77. - G. MESSINA, Un D. persiano del sec. XIII tradotto dal siriaco, Bi. 23 (1942) 268-305 ; 24 (1943) 59-106. - B. M. METZGER, Recently published Greek Papyri of the New Testament, Bibl. Archaeologist 10 (1947) 25-44. - S. LYONNET, Les origines de la version arménienne et le D., Rome 1950. - G. MESSINA, D. persiano, Roma 1951. - A. J. HIGGINS, The Persian Gospel Harmony as a Witness to Tatian's D., JTS 3 (1952) 83-87. - L. MARIÉS, Le D. à l'origine de la version arménienne, RSR 38 (1952) 247-56. - Idem, Pour l'étude du D., ibid. 44 (1956) 228-34. - L. LELOIR, Le D. de Tatien, OS 1 (1956) 1-45, 208-31. - R. M. GRANT, Tatian and the Bible, in K. ALAND - F. L. CROSS, Studia patristica, I, Berlin 1957, pp. 297-307. - A. VACCARI, Le sezioni evangeliche di Eusebio e il Diatessaron di Taziano nella letteratura siriaca, RSO 32 (1957) 433-50. - L. LELOIR, L'Évangile d'Ephrem d'après les oeuvres éditées, CSCHO, Subsidia, Louvain 1958.

§ 8. Acta Thomae.

Hoc apocryphon, cuius textus syriacus conservatur fragmentarie in mss. saec. V-VI — *Sin.* 30 — integre autem in ms. saec. X — *Brit. Mus. Add.* 14645 — describit apostolatum Judae Thomae. Opus, quod iam ab Epiphanio commemoratur (Panarion, Haer. 47,1), exaratum est primis decenniis saec. III et forsan in schola Bardesanis. Iam antiquitus A. Th. versa sunt in graecum, sed communior sententia stat pro originalitate textus syriaci. Plures quaestiones adhuc disputantur : quali gnosi, bardesanitica an manichaea, liber inspiretur ; utrum carmina in eo inclusa anteriora sint immo in usu liturgico vigentia ; utrum textus syriacus nobis traditus subierit orthodoxam retractationem, quam versio graeca minore gradu noverit.

Gravior quaestio adhuc in litigio est. Nam dum plures nucleum historicum A. Th. nempe iter s. Thomae in Indiam admittunt — v. gr. Dahlmann, Väth, Panjikaran, T. K. Joseph, Ortiz

de Urbina — alii e contra illud vel omnino negant — v. gr. Quasten — vel ad Parthiam seu septentrionalem Indiam limitant — sic Charpentier. In favorem historicitatis itineris adducuntur antiqua et ampla traditio (« Dispersio Apostolorum »; Ephraem, Carm. Nis. 42; Gregorius Nazianzenus, Or. 33, 11 contra Arianos; Ambrosius, Enarrat. in ps 45,21; Hieronymus, ad Marcellam ep. 59; Gaudentius Brixiae, Serm. 17; Paulinus Nolae, Poema 19; Balai, Hymn. 19; Gregorius Turonensis, Gloria mart. 31-32; Jacobus Sarugensis hom. 99-100) quae non potest tota quanta ab A. Th. pendere, et recenter inventa numismata regis Gundaphoris in septentrionali India, ne loquar de subsequenti et tenaci traditione regionali in Malabar. Contra historicitatem itineris ponderatur character legendarius et congeries elementorum phantasticorum quibus laborant A. Th.

Liber constat 14 actibus quibus narratur Iesum iam missurum apostolos, invenisse in mercatu Abban, legatum regis Gundaphoris, eique tradidisse Thomam utpote peritum fabrum lignarium. Itinere maritimo uterque venit Andrapolim, regiam urbem, in qua rex unicam filiam uxorem dabat. Cum omnes ad nuptias invitarentur, Th. cecinit pulchrum epithalamium quod gnosticismum redolet. Dein Thomas a rege vocatus super sponsos benedictionem Christi invocat. In hac prece legitur:

> « Tu es, Domine, qui in omnibus es et qui omnia penetras et in omnibus tuis operibus habitas et per actionem omnium manifestaris: Iesus Christus, Filius misericordiae et perfectus Salvator; Christus, Filius Dei vivi, infracta virtus quae inimicum debellavit, et Vox quae a Principibus exaudita est, quae omnes suos Potentes movit; Legatus qui ab excelsis missus est et in Hadem descendit... »

Christus, apparens paulo post sponsis, eis continentiam persuadet. Postea Thomas pergit ad regnum Gundaphoris et a rege munus accipit palatium construendi. Thomas vero praedicationi incumbit. Regi ergo stupenti quod nullum palatium fuerit constructum Th. respondit se palatium spirituale per doctrinam erexisse: quo audito Gundaphor Thomam in carcerem misit. Sed Gads, frater regis, vidit palatium illud erectum in caelo et monuit Gundaphorem qui Thomam liberavit et ab eo unctionem et baptismum ritualem recepit. En precem quae hunc actum comitatur:

> « Veni, sanctum Nomen Christi, quod est super omne nomen!
> Veni, Virtus Altissimi et perfecta misericordia!
> Veni, supremum donum!
> Veni, misericors Mater!
> Veni, communitas cum viro!
> Veni, revelatrix absconditorum mysteriorum!
> Veni, Mater septem domorum, ut in octava domo requiem habeas!
> Veni, Senex quinque membrorum: rationis, intelligentiae, visionis, deliberationis, iudicii!
> Sume tibi ex his iuvenibus!
> Veni, sancta spiritualis virtus et purifica renes suos et cor suum, et signa eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Fama Thomae commotus, etiam rex Misdai apostolum arcessivit ut uxorem et filiam a daemonis occupatione liberaret. Thomas porro omnes aulae faeminas ad continentiam hortatus est; quare in vincula coniectus, ab eis primum miraculose exivit sed tandem a militibus regis lanceis occisus est.

In Actu IX longum et aethereum poema inseritur quod « Carmen animae » nomen accepit. Describitur ortus animae in mundo superiore de quo in terram descendit ut margaritam quae a dracone capta fuerat recuperaret. Anima deinde in suum supremum originis locum revertitur. Probabilius sub hac imagine alluditur ad Incarnationem Verbi et ad redemptionem animae humanae.

Editiones: W. WRIGHT, Apocryphal Acts of the Apostles, London 1871, vol. I, pp. 171-333. - P. BEDJAN, AMS III, Paris 1892, pp. 1-175. - F. C. BURKITT, St. Sin. 9, London 1900, pp. 23-44 (solum fragmenta ms. saec. V-VI). - A. SMITH LEWIS, The Mythological Acts of the Apostles, Horae Semiticae, Cambridge 1904 (solum fragmenta).

Versiones: *Graeca antiqua*: R. A. LIPSIUS - M. BONNET, Acta apostolorum apocrypha II, Leipzig 1903, pp. 99-288. - M. R. JAMES, Apocrypha anecdota ser. 2. Cambridge 1897, pp. 27-45 (versio recentior). - M. BONNET, Actes de S. Thomas apôtre. Le poème de l'âme. Version grecque remaniée par Nicétas de Thessalonique, AB 20 (1901) 159-64. - *anglica*: M. R. JAMES, The apocryphal New Testament², Oxford 1950. - *germanica*: E. HENNECKE, Neutestamentliche Apokryphen, 2. ed. Tübingen 1924, pp. 256-89. - *neerlandica*: H. BAKELS, Nieuw Testamentische apocriefen, Amsterdam 1922. - *armenica*: Mechitaristi Apocrypha N. Testamenti, II,

Venetiis 1898, pp. 369-436. - *Coptica*: E. REVILLOUT, PO 2, 197-8 (fragmentum, libere versum).

Studia: K. MACKE, Syrische Lieder gnostischen Ursprungs, eine Studie über die apokryphen syrischen Thomasakten, ThQ 56 (1874) 1-70; Idem, Hymnen aus dem Zweiströmeland, Mainz 1882, pp. 247-59. - A. A. BEVAN, The Hymns of the Soul, contained in the Syriac A. of St. Th. (Text and Studies, 5, 3) Cambridge 1897. - G. HOFFMANN, Zwei Hymnen der Thomasakten, ZNTW 4 (1903) 273-309. - A. E. MEDLYCOTT, India and the Apostle Thomas. Inquiry with a critical Analysis of the A. Th., London 1905. - W. BOUSSET, Hauptprobleme der Gnosis, Göttingen 1907, pp. 276-319. - F. HAASE, Zur bardesanischen Gnosis, Leipzig 1910, pp. 50-67. - F. ROSTALSKI, Sprachliches zu den apokryphen Apostelgeschichten, I. Teil. Die casus obliqui in den Thomasakten. Programm Myslowitz, 1911. - J. DAHLMANN, Die Thomaslegende und die ältesten historischen Beziehungen des Christentum zum fernen Osten, Freiburg i. B. 1912. - L. M. ZALESKI, L'apôtre St. Thomas et l'Inde. Mangalore 1912. - F. MARTINEZ, L'ascétisme chrétien pendant les trois premiers siècles, Paris 1913, pp. 54-72.. - VACHER - BURCH, A Commentary on the syriac Hymn of the Soul, JTS 19 (1917-18) 145-61. - R. REITZENSTEIN, Ein Gegenstück zu dem Seelenhymnus der Thomasakten, ZNTW 21 (1922) 35-37. - A. BAUMSTARK, 14-15. - A. VÄTH, Der hl. Thomas, der Apostel Indiens, 2. ed. Aachen 1925. - J. CHARPENTIER, St. Thomas the Apostle and India, Kyrkhist. Aarskrif 27, pp. 21-47. - J. PANJIKARAN, Christianity in Malabar with special reference to the St. Thomas Christians, Roma, Or. Chr. VI (1926) 93-136. - A. MINGANA, The early Spread of Christianity in India, London 1926. - H. LIETZMANN, Messe und Herrenmahl, Bonn 1926, pp. 243-47. - E. AMANN, Apocryphes du N. Testament, DB Suppl. I, Paris 1928, coll. 501-04. - T. K. JOSEPH, A Query, St. Thomas in Parthia or India?, Indian Antiquary 61 (1933) 159. - Idem, The St. Thomas Traditions of South India, Bull. of the Intern. Committee of Hist. Research 5 (1933) 570-69. - G. BORNKAMM, Mythos und Legende in den apokryphen Thomasakten, Göttingen 1933. - R. H. CONNOLLY, A Negative Golden Rule in the Syriac A. of Th., JTS 36 (1935) 353-57. - D. S. MARGOLIOUTH, Some Problems in the Acta Judae Thomae, Essays in Honour of Gilbert Murray 1936, pp. 249-59. - J. QUASTEN, Monumenta eucharistica et liturgica vetustissima, Bonn 1935-37, pp. 341-45. - E. G. PANTELAKIS, Αἱ ἀρχαὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ποιήσεως Θεολογία 16 (1938) 5-31. - J. QUASTEN, Patrology, I, Utrecht-Brussels 1950, pp. 139-40. - P. DEVOS, Actes de Thomas et Actes de Paul, AB 69 (1951) 119-31. - I. ORTIZ DE URBINA, Il viaggio di S. Tommaso in India, Alma Mater, Roma 1952, pp. 7-12. - PERUMALIL, The Apostles in India, Fact or Fiction, Patna 1952. - P. PLACID, Les syriens du Malabar, OS 1 (1956) 375-425.

§ 9. Pseudo-Melito Sardensis.

« Sermo Melitonis philosophi, qui factus est coram Antonino Caesare ». Sub hoc titulo ms. *Brit. Mus.* 987 Add. 14658 saec. VII tradit apologiam quae quidem non est M. tribuenda sed probabilius syriace exarata ab auctore qui optime cognoscebat locum Mabbug ad aliquem imperatorem, forsan Caracallam (211-17), dedicata est.

Auctor, qui perfectam orthodoxiam tradit, non indulget speculationibus philosophicis alicuius scholae, sed tamen mythologiam contemporaneam satis bene callet. Primum extollit ideam veri Dei qui non potest esse nisi unus nec creaturarum imperfectiones in se compatitur; unde concluditur absurditas polytheismi et idolatriae. Dein illustratur natura hominis et nobilitas animae spiritualis. Adoratio non debetur nisi Deo; item Deus colendus et serviendus est propter suam auctoritatem supremam. Haec cognitio et cultus Dei favebit etiam ipsi vitae civili. Tandem dissolvitur obiectio, non esse nempe despiciendam religionem maiorum. Porro defectus maiorum a filiis corrigi debent in bonum etiam filiorum.

Ed.: W. CURETON, Spicilegium Syriacum, London 1855, pp. 22-35 (41-51) [cum *vers. anglica*]. - E. RENAN in Spic. Solesm. J. B. PITRA, pp. XXXVII-LVI [cum *vers. lat.*].

Vers. germ.: B. WELTE, ThQ 44 (1862) 384-410.

Studia: O. BARDENHEWER I, 461-62. - BAUMSTARK, 27.

§ 10. Liber Legum Regionum.

Hoc titulo notum est opusculum in forma dialogi scriptum a quodam Philippo, discipulo Bardesanis, intra ann. 196-226. Communiter hodie censetur linguam primitivam fuisse syriacam: est ergo tractatus ille primus syriace exaratus. Eusebius in *Praep. Evang.* plura ex eo citat, quae fere ad verbum habentur etiam latine in *Recognitionibus pseudo-clementinis*. Forsan noster textus syriacus ab alio antiquiore derivat e quo Eusebius vertit. Liber conservatur in codice *Brit. Mus.* Add. 14658 saec. VII.

Dialogus, qui protrahitur inter Bardesanem et quendam « Avida», agit de causa mali physici et maxime moralis. Prius a

Bardesane asseritur hominem natura non esse impeccabilem, nam liber est. Interroganti autem utrum peccatum a natura proveniat respondetur hoc falsum esse nam homines paris naturae non pariter peccant. Neque peccatum inducitur a fato inderogabili astrorum. Habent certe astra influxum in malum physicum, sed actus liberi et peccata non subiacent determinismo legum regionum aut influxui planetarum, ut vult astrologia chaldaica. Quod probatur inde quod in una regione plures sint mores et leges et quod aliqui coetus — v. gr. christiani — sub diverso caelo eosdem tenent mores diversos saepe a moribus regionalibus.

« 46. § Quid dicam de generatione nova nostra christianorum quam in omni loco et in omni regione Christus aedificavit per suum adventum cum nos omnes, in quacumque regione simus, solo nomine Christi christiani vocamur, et in die dominica congregamur et in diebus constitutis a cibo abstinemus. Et fratres nostri qui in Gallia sunt masculos non ducunt, nec illi qui in Parthia duas uxores ducunt, nec illi qui in Iudaea circumciduntur, nec sorores nostrae quae apud Gelas et Cuscianos sunt commiscentur cum extraneis, nec illi qui in Persia filias suas ducunt, nec illi qui in Media mortuos suos relinquunt aut viventes sepeliunt, aut dant eos cibum canibus, nec illi qui Edessae sunt interficiunt suas mulieres quae moechantur aut suas sorores, sed recedunt ab eis et eas iudicio Dei tradunt, nec illi qui Hatra incolunt latrones lapidant; sed in quocumque loco sunt, leges regionum non eos removent a legibus Christi eorum, nec Fatum gubernatorum eos cogit rebus uti quae eis impurae apparent ». (PS II, 606-9)

In textu relato habetur primus nuntius certus de existentia christianismi in Persia.

Ipse Bardesanes, natus Edessae 11 iul. 154 a parentibus ex Arbela provenientibus, educatus in aula regis Edessae Abgaris IX, in cultura hellenica optime versatus et gnosi adhaerens, scripsit etiam materna lingua syriaca et mortuus est a. 222. Operis « de coniunctione astrorum » citationes apud Georgium episcopum arabum servantur (PS II, 612-15). Composuit etiam quoddam psalterium constans 150 canticis quae *bardesanismum* proponebant; contra ea exaravit Ephraem cantica polemica (cfr. § 19) in quibus aliqua dicta Bardesanis referuntur.

Scimus (Sozom. H. E. 3,16; Theodoret. H. F. 1,22) etiam Harmonium, filium Bardesanis, Athenis educatum, plura carmina cum modis musicis lingua syriaca composuisse, quae tamen perierunt.

Editiones: R. D. CURETON, Spicilegium Syriacum, London 1855 pp. 1-21 (1-34). - F. NAU, Bardesane l'astrologue, le Livre des lois des pays, Paris 1899. - Idem, PS II, 490-657.

Versiones: *Gallica*, apud NAU op. cit. - D. LANGLOIS, Fragmenta hist. graec., ed. Didot, t. V. b, Paris 1872, pp. 73-94. - *germanica*: D. MERX, Bardesanes von Edessa, Halle 1863, pp. 25-56. - H. WIESMANN, Die Schrift « Über die Gesetze der Länder », 75 Jahre Stella Matutina, Feldkirch 1931, I, 553-72. - *italica*: G. LEVI DELLA VIDA, Bardesane, il dialogo delle leggi dei paesi, Roma 1921. - *latina*: apud NAU PS II, 536-657.

Studia: F. HAASE, Zur bardesanischen Gnosis, TuU 34,4; idem, Neue Bardesanstudien, OC N.S. 12-14 (1925) 129-40. - O. WEINRICH, Genethliacon W. Schmid 1929, 398 ss. - H. SCHAEDER, B. von Edessa in der Überlieferung der griechischen und der syrischen Kirche, ZKg 51 (1932) 21-74. - A. BAUMSTARK, Iwannîs von Dàrā über B., OC, III, 8 (1933) 62-71. - G. v. WESENDONK, B. und Mani, Acta Orient. 10 (1932) 336-63. - L. TONDELLI, Mani, Rapporti con B... Milano 1932. - B. REHM, B. in den Pseudoclementinen, Philol. 93 (1938) 218-47 (B. et pseudo-Clementina). - G. FURLANI, Sur le stoicisme de B. d'Édesse, Archiv Orientálni 9 (1937) 347-52. - A. SCHALL, Eine « unbekannte Völkerschaft » im « Buch der Gesetze der Länder », ZDMG 99 (1950) 202-3.

§ 11. Abgar: Addai.

Eusebius in H. E. 1,13 vertit documentum syriacum tabularii Edessae in quo includuntur duae epistulae, altera regis Abgari ad Iesum postulantis ut adveniat eumque sanet, altera Iesu in qua manifestat se non posse adire, sed missurum discipulum qui et sanationem perficiat regis et aliorum. Dein documentum narrat Thomam, post ascensionem Domini, ad Abgarum misisse Thaddaeum, unum e 70 discipulis, qui cum Edessae plures aegrotos sanaret a rege accersitus eum etiam a morbo per impositionem manuum in nomine Iesu liberavit. Inde benevolentia regis qui discipulo praedicationem evangelii permisit.

Constat character legendarius horum apocryphorum, in quibus influxus Diatessaron Tatiani non deest. Attamen circa medium saeculum tertium aut paulo prius conscripta sunt.

Legenda haec evolutionem patitur in sic dicta « Doctrina Addai », quae circa initium saec. V scripta, iacet in mss. saec. V-VI — *Brit. Mus.* 935 Add. 14654 et 936 Add. 14644 — et retractat documenta tradita ab Eusebio. Iesus tamen non per epistulam sed oretenus respondet et legatus Abgari, nomine Hannan, depingit imaginem praesentis Iesu quam secum Edessam affert. Prae-

terea additur sermo praedicantis Addai et narratio fabulosa de inventione Crucis. « Doctrina Addai » syriaca conversa est in armenicam necnon formavit, in compendium redacta, primum caput « Historiae Mar Mari », scriptae pro primatu sedis Seleuciae-Ktesiphontis.

Ed. [Doctrinae Addai] : G. Phillips, London 1876 [cum *vers. anglica*]. - *vers. arm. vet.* : L. Alishan, Venetiis 1868. - *vers. gall.* [vers. arm.] : idem, Venetiis 1868.

Ed. [Historiae Mar Mari]. : P. Bedjan, AMS 1, 45-94. - *Vers. lat.* : J. B. Abbeloos, AB 4 (1885) 50-131.

Studia : J. Tixeront, Les origines de l'Eglise d'Édesse et la légende d'Abgar, Paris. - I. Ortiz de Urbina, Le origini del cristianesimo in Edessa, Greg. 15 (1934) 82-91. - R. Raabe, Die Geschichte des Dominus Mâri eines Apostels des Orients, Leipzig 1893. - C. Wieckwort, On Heathen Deities in the Doctrine of A., JTS 25 (1923-24) 402 ss.

§ 12. Mara Bar Serapion.

In ms. *Brit. Mus.* Add. 14658 saec. VII invenitur epistula M. b. S. ad filium Serapionem e romana captivitate scripta. Auctor proveniebat e Samosata et consilia dat stoica ethica imbuta. Licet non sit christianus sed paganus, cum laude tamen commemorat « album regem » a iudaeis occisum qui « suis praeceptis adhuc vivit ». Epistula ante IV saec. exarata videtur.

Ed. : W. Cureton, Spicilegium syriacum, London 1855, pp. 43-8.

Versio germanica : F. Schulthess, ZDMG 51 (1897) 365-91 (emendat Cureton).

Studia : F. Schulthess, op. cit.

Caput II.

SCRIPTORES SYRI IN IMPERIO PERSARUM

Paulo ante medium saec. IV Aphrahates suos sermones exaravit, qui, utpote prima vox christianismi in Persia, maximi momenti sunt. Theologia Aphrahatis ab omni hellenico influxu segregata influxum iudaicum quadantenus subiit. Sub fine saec. IV aut probabilius initio V Marutha, occidentalis ipse syrus sed legatus apud imperatores et episcopos Persiae, quaedam parva scripta nobis reliquit quae vix pro theologia sed certe aliquo pretio pro iure ac historia non carent.

§ 13. Aphrahates (Afrahaṭ)

Manuscripta saec. V et VI — *Brit. Mus.* : Add. 14619 ; 17182 : Ms. Or. 1017 — quae continent 23 *taḥwjathae* seu sermones, vocant auctorem semel « sapientem persam » et bis « Mar Iacobum ». Ex ipsis scriptis eruimus auctorem fuisse « filium pacti » seu ascetam, non vero eremitam, clericum insigni aliquo munere praeditum, licet non constet fuisse episcopum. Ex eodem fonte liquet auctorem floruisse prima medietate saec. IV et quidem in imperio persico Sassanidarum. Probabilius intra an. 260-75 natus et paulo post 345 mortuus est.

Illum « sapientem persam » noverat Georgius episcopus arabum (+ 724) qui eum « doctissimum, habilem et in scriptis sacris eruditissimum » commendat, quin tamen nominet. Primus nomen revelat Bar Bahlul (+ 963) in suo « Lexico Syriaco », nempe *Afrahaṭ*, hellenizatum *Aphrahates* ; quod confirmatur ab Elia Baršinaja (+ 1049) et a Barhebraeo (+ 1286), qui vocat eum « Farahād ». Non meretur fidem A. fuisse in monasterio Mar Mattai, ut affirmatur saec. XIV.

Alia antiqua sed erronea traditio confundit A. cum Iacobo ep. Nisibis (cfr. P. PEETERS, AB 38 [1920] 285-373). Sic Gennadius (+ 492/505) in *De viris inlustribus*. Faustus Byzantinus in « Historia Armeniae » (sub fine saec. IV) affirmat Iacobum Nisibenum vocatum esse « persam ». Traductores antiqui armeni A. cum Iacobo Nis. identificant. Hoc vero absurdum est cum auctor scribat, ipso teste, sub imperio Saporis II, eo tempore quo Nisibis sub romanis erat.

SCRIPTA

Restant nobis 23 sermones seu homiliae A., quarum priores 10, teste auctore, exaratae sunt a. 337; sequentes 11, a. 344 et postrema a. 345, id est in pervigilio cruentae persecutionis Saporis II contra christianos. Decem priores tractant themata paraenetica et ascetica, dum in ceteris A. maxime pugnat contra iudaeos qui in illa regione et docti et frequentes erant. Homilias praecedit epistula, solum in versione armenica integre tradita quae ab hac Gregorio Illuminatori falso tribuitur.

Sermo 1) « de Fide » continet archaicum symbolum. 2) « de Caritate ». 3) « de Ieiunio ». 4) « de Oratione ». 5) scriptus est imminente bello contra romanos, quorum victoriam, utpote christianorum, auctor auspicat. 6) ad ascetas scriptus agit de perfectione status maxime de humilitate et de efficacitate spiritus Christi. 7) « de Paenitentia » contra rigorismum in remittendis peccatis. 8) « de Resurrectione mortuorum ». 9) « de Humilitate ». 10) « de Pastoribus » nempe animarum qui ad zelum excitantur. 11) « de Circumcisione » contra iudaeos. 12) « de Paschate », idem. 13) « de sabbato ». 14) est ad instar epistulae scriptae de mandato incertae synodi ad episcopos et fideles Seleuciae-Ktesiphontis, in qua mores clericorum graviter corripiuntur. 15) « de Distinctione ciborum » contra iudaeos. 16) « de Gentibus loco populi suffectis ». 17) » de divina Filiatione Christi ». 18) « de Virginitate ». 19) « contra iudaeos qui dicunt se denuo congregatum iri », in quo iudicat numquam eventurum, secundum prophetias, ut iudaei restaurent regnum in Palaestina. 20) « de Sustentatione egenorum ». 21) de imminenti Persecutione contra christianos. 22) de Novissimis. 23) « de Acinace », id est, de benedictione quae latuit in vite Israelis quaeque floruit in gentibus; plura de chronologia biblica.

Ed.: W. WRIGHT, The homilies of A... London 1869. - I. PARISOT, PS I, Paris 1894; II, pp. 1-489 Paris 1907.

Versiones: *Armenica*: N. ANTONELLUS, S.P.N. Jacobi episcopi nisibeni sermones, Romae 1756; iterata ab A. GALLANDI, Bibliotheca veterum Patrum V, Venetiis 1769. - *germanica*: G. BERT, TuU 3, 3-4, Leipzig 1888. - G. BICKELL, Ausgewählte Abhandlungen des Bischofs Jakob A. von Mar Matthäus (Thalhofer BKV 102, 103) Kempten 1874. - *italica*: G. RICCIOTTI, S. A. Siro. Le più belle pagine tradotte dal siriaco, Milano 1926 (anthologia). - idem, La dimostrazione della fede. La dimostrazione dell'acino (Convito Apostolico V) Roma 1929 (serm. 1 et 23). - *anglica*: J. GWYNN, Select works of Efraim and A. (Nicene and post-Nicene Fathers. New Series vol. 13 pag. 371 ss.). - F. H. HALLOCK, De caritate (serm. 2) JSOR 14 (1930) 18-31. - Idem, On penitents (serm. 7) JSOR 16 (1932) 43-56. - *latina*: in ed. PARISOT.

Studia: C. J. F. SASSE, Prolegomena in A. Sapientis Persae sermones homileticos, Lipsiae 1878. - J. M. SCHÖNFELDER, Aus und über A., ThQ 60 (1878) 195-256. - J. FORGET, De vita et scriptis A. Sapientis Persae, Lovanii 1882. - S. FUNK, Die haggadischen Elemente in den Homilien des A., Wien 1891. - E. HARTWIG, Untersuchungen zur Syntax des A., Leipzig 1893. - R. H. CONNOLLY, A. and monasticism, JTS 6 (1905) 522-39. - F. C. BURKITT, A. and monasticism. A reply, JTS 7 (1905) 10-15. - J. M. CHAVANIS, Les lettres d'A., le sage perse, étudiées au point de vue de l'histoire et de la doctrine, Saint-Étienne 1908. - P. SCHWEN, A., seine Person und sein Verständnis des Christentums, Neue Stud. z. Gesch. d. Theol. u. d. Kirche, Stück 2, Berlin 1907. - H. L. PASS, The Creed of A., JTS 9 (1908) 267-84. - R. H. CONNOLLY, On A. Homil. 1 §19, JTS 9 (1908) 572-76. - A. HUDAL, Zur Christologie bei A. Syrus, Theol. Glaube 3 (1911) 477-87. - F. GAVIN, A. and the Jews, JSOR 7 (1923) 95-166. - G. RICCIOTTI, La testimonianza di A. Siro sulla penitenza, Scuol. Catt. (1924) 48-50. - F. LOOFS, Theophilus von Antiochien und die anderen theologischen Quellen bei Irenaeus, TuU 46, 2, Leipzig 1930 pp. 257-99. - L. HÄFELI, Stilmittel bei A., dem persischen Weisen, Leipziger Semit. Stud. N. F. Band V. Leipzig 1932. - D. PLOOIJ, Der Descensus ad Inferos in A. und den Oden Salomons, ZNTW 14 (1933) 212-31. - I. ORTIZ DE URBINA, Die Gottheit Christi bei A., Rom 1933; idem, La mariologia nei Padri siriaci, OCP 1 (1935) 102-103. - M. MAUDE, Rhythmic patterns in the homilies of A., Anglican Theol. Rev. 17 (1935) 225-33. - G. RICHTER, Über die älteste Auseinandersetzung der syrischen Christen mit den Juden, ZNTW 35 (1936) 101-14. - I. HAUSHERR, A., DSp I, 746-52. - E. J. DUNCAN, Baptism in the Demonstrations of A. the Persian Sage, Washington 1945. - C. S. C. WILLIAMS, The Persian Sage, Church Quart. Rev. 145 (1947-48) 48-58. - I. ORTIZ DE URBINA, La controversia di A. coi Giudei, Stud. Missionalia 3 (1947) 85-106. - P. A. ELDERENBOSCH, De sacramentologie van A., Nederlands Theol. Tijdschr. 3 (1949) 161-67. - C. S. C. WILLIAMS, A. on St. Peter, JTS 50 (1949) 71-72. - M. J. HIGGINS, A. dates for persian persecution, BZ 44 (1951) 265-71. - A. SPIJKERMAN, A. der persische Weise und der Antisionismus, Liber Annuus, Jerusalem, 5 (1954-55). - A. F. J. KLIJN, The Word *kejān* in A., Vig. Christ. 12 (1958) 57-67 - Cfr. de monachismo (p. 187).

Doctrina

A., scribens in loco a cultura hellenica remoto, tradit theologiam indolis valde primitivae quae ideo non levis momenti est. Fere idem dicendum est de doctrina spirituali; est enim primus testis ascetismi apud christianos Persiae. Pro historia autem maxime valent quae ab eo referuntur, quippe qui primus est scriptor christianus in imperio Sassanidarum.

Fontes adducit A. solum Scripturas, quas erudite et profunde citat. E V. T. fere omnes libros usurpat; e N. T. autem saepissime Evangelia et Paulum, non vero Epistolas « catholicas » neque Apocalypsim. Evangelium citatur iuxta « Diatessaron » Tatiani: Paulus secundum Veterem Syriacam: V. T. iuxta « pešitta ». Praeter Bibliam adducuntur solum quaedam « agrapha » incertae originis. A. subit quadantenus influxum culturae et litteraturae rabbinicae.

1. *Trinitas.* Proclamatur in doxologia (serm. 1).

« Gloria et honor sit Patri et Filio eiusque Spiritui vivo et sancto, ab ore omnium qui ipsum laudant sursum et infra, in saecula saeculorum. Amen ». Spiritus [generis feminini !] est « mater» ascetae, nobisque a Christo communicatur. Ipse est Sapientia et illuminavit prophetas. Non facile liquet quando de Spiritu ut *persona* quando autem de *gratia impersonali* sermo sit. Spiritus in baptizato habitat sed post mortem redit ad Christum ad « naturam » suam (Cfr. infra).

2. *Christologia.* Licet ignoret concilium Nicaenum, A. orthodoxe docet Christum fuisse Deum. Nam « erat ab initio apud Patrem suum » « in suo regno » « in excelsis » « in tabernaculo Patris sui »; ergo labitur theoria de « Geistchristologie » a Loofs proposita.

Affirmatur ab A.: « In te (Christe) laudamus ens a se quod te ab essentia sua divisit et nobis misit », ubi illud *ituthâ* significat ens supremum, substantiam increatam, et est nomen divinum. Praeterea adhibens communicationem idiomatum scribit: « Altissimus, humiliavit gloriam suam. Qui in excelsis habitabat, non habuit locum ubi caput reclinaret... Deus et Dei Filius, sumpsit formam servi ».

Agit A. de modo unionis Christi cum corpore, ubi non omnia clara sunt. « Quando ille (Christus) ad eum rediit, qui eum miserat, tulit secum aliquid quod ipse non portaverat, sicut ait Apostolus: Ipse fecit nos conresurgere et consedere in caelo ».

Redemptio facta est per sacrificium « agni victimae », qui omnes alias victimas supplantavit. Mors Christi mortem interfecit. Hic descensus victoris Christi in regnum mortis, ab A. dramatizatur cum elementis probabilius a litteris persicis desumptis.

3. *Sacramenta.* A. scribit *baptismum* institutum esse a Christo cum pedes apostolorum lavit. Ipse est « signum vitae » in quo peccata abluuntur post invocationem a sacerdote supra aquas factam.

De *Eucharistia* loquitur verbis tam vividis ut clare manifestent realem praesentiam (cfr. PS I,515). Eucharistia est sacrificium a Malachia vaticinatum et confert vitam.

Integer Sermo (7) dedicatur *paenitentiae*, in quo medici spirituales stimulantur ad paenitentes vulneratos sedulo sanandos, vitato nocivo rigore. Probabilius agitur ibi non de monachali manifestatione conscientiae sed de vero sacramento. Nam hi qui nolunt accedere ad paenitentiam « intereunt morte secunda ». Hi vero qui confessionem audiunt non possunt illam ceteris revelare.

Videtur alludere ad sacramenta *confirmationis* et *unctionis extremae* A. cum, oleum laudans, ait illud continere signum « sacramenti vitae, quo perficiuntur christiani, sacerdotes, reges, prophetae; tenebras illuminat, ungit infirmos et per arcanum suum sacramentum paenitentes reducit ».

Sacerdotes dicuntur « impositionem manuum accepisse », quod ad sacramentum *ordinis* alludit.

4. *Anthropologia.* Homo constat corpore, anima (*naphša*) et spiritu (*ruḥa*). Hic recipitur in baptismo, si bonus est, et post mortem redit ad Christum, eius *kejana* [vertendum per « fontem seu spheram naturalem »], dum anima sopore obruta manet cum corpore. Haec hypnopsychia habet probabilius originem iranicam. Tandem redibit ad resurrectionem spiritus e caelo, qui et corpus et animam glorificabit.

5. *Ascetica.* Doctrina spiritualis A. est indolis temperatae et serenae. Maximam partem habet amor sive contemplandus in Deo sive exercendus erga Deum et proximum. Programma A. ducit ad quietem animae per fidem quae actuosa est in caritate.

§ 14. Simeon Bar Sabba'ê.

Alibi recensemus Acta huius episcopi Seluciae-Ktesiphontis qui in persecutione Saporis II martyrium sustulit (cfr. § 148). Dubiae omnino genuinitatis sunt hymni liturgici ei in libris nestorianis tributi quorum aliqui interdum Ephraemo adscribuntur. Testificatio enim continetur in mss. recentioribus.

Ed.: [4 hymni] M. KMOSKO PS II, 1048-51 [cum vers. lat.].

§ 15. Marutha Maipherkatensis.

Praeprimis distinctio facienda est inter duos historicos Maruthas ut vitentur confusiones exinde ortae apud Renaudot, Assemani aliosque. Itaque celebratur Marutha *Tagritensis* (cfr. § 95) + an. 649: noster vero M. natus est circa medium saec. IV patre Lijuṭa, qui Sophenem, ad superiorem Tigrim, regebat. M. studuit in patria scientiis, fuitque habilis medicus. Dein electus est episcopus urbis Maipherkat, ab arabibus Mayyafāraqīn, dictae. Mortuo patre M. sumpsit regimen civile Sophenes, cumque instaret periculum persarum elegit locum montanum ad septentrionem Amidae ubi patrimonium suum in tuto collocavit. Haec omnia narrantur a geographo arabico Jaqut (+1229). Hinc incipiunt etiam referre fontes graeci — Socrates H. E. 6,15: Sozomenus H. E. 8,16: Photius Bibl. Cod. 53 — syriaci — Acta Synodorum Seleuciae-Ktesiphontis (J. B. CHABOT, Synodicon Orientale, Paris 1902 pp. 18 [255]; 49 [293] — arabici, inter quos Chronica Maris et 'Amr (ed. H. GISMONDI, Romae 1896-9), Chronica Seertensis (PO 5), et quaedam Vita syriaca quae in versione armenica conservata est; hanc anglice vertit M. RALPH, apud quem cfr. omnes collectos et comparatos fontes.

Antiquiores fontes graeci et arabici clare distinguunt duas legationes M. apud imperatores Persiae Saporem II et Iezdegerd I, dum alii fontes non nisi hanc postremam narrant. Ergo Sapor II ante a. 379 ad se appellavit M. insignem medicum ut filiam suam sanaret. Sanatione obtenta, M. a Sapore ut praemium adeptus est « pacem et concordiam » pro christianis hucusque vexatis. M. petivit etiam reliquias martyrum persarum quas in illum locum munitum patriae transtulit, qui proinde etiam, eo rogante, nomine

« Martyropolis » seu Maipherkat est appellatus. Simul etiam narrationes Martyriorum collegisse videtur (cfr. § 132); immo aliqui fontes ei Martyria quaedam vago modo tribuunt. Alii tribuunt M., agenti personam legati imperatoris byzantini, sanationem ipsius Iezdegerd I, (399-420), a quo pacem pro christianis consequutus est, ita ut a. 399 Isaac, suadente M., « Katholikos » Persiae eligeretur.

An. 403 in conciliabulis contra Chrysostomum CPli habitis M. adest. Chrysostomus vero an. 404 scripsit in favorem amici M. Non constat M. praesentia in synodis CPno I et Sidensi.

An. 410 in synodo Seleuciae-Ktesiphontis iuxta Acta M. adfuit. Immo Chronica Seertensis tribuit ipsi M. electionem Katholici Aḥai, an. 411. Etiam in hoc itinere M. functus est legatione imperiali et aliquomodo ecclesiastica, nam auctor fuit ut praecipua legislatio canonica reliquae Ecclesiae saec. IV promulgata ab episcopis Persiae admitteretur. M. probabilius mansit ut legatus sub Katholiko Jahballaha, qui an. 417-19 missus est legatus persicus CPlim. Cum vero Acta synodi Seleuciae-Ktesiphontis an. 420 nihil de M. referant, infertur iure eum iam prius mortuum fuisse.

Tum orientales tum latini colunt M. ut sanctum. Festum eius apud latinos celebratur 4 decembris. Eius corpus prius Martyropoli sepultum, translatum est postea in Monasterium S. Mariae Syrorum in Aegypto.

SCRIPTA

Inter authentica computantur.

1. *Tractatus de Haeresibus*, continens brevem elenchum errorum, qui etiam, paucis mutatis, habetur sub fine saec. VI in Hist. Eccl. Barḥadbešabba, PO 23, 180-99.

Editio: I. RAHMANI, St. syr. 4, pp. 98-103.

Versiones: *germanica*: O. BRAUN, De Sancta Nicaena Synodo, Münster 1898, pp. 27-28; 46-50. - *latina*: I. RAHMANI, ib. pp. 76-80.

Studia: A. HARNACK, TuU. N. Folge, Bd. IV, 1.

2. *Explicatio vocabulorum*.

Versio germanica: O. BRAUN, op. cit. 39-40; 56-58.

Traditur in paucis paginis sensus vocum graecarum (ecclesia, metropolis, haeresis, taxis, tagma, orthodoxos, clericos, episcopos, diaconos, chorepiscopos etc.) in qua explicatione notantur etiam errores qui arguunt non fuisse graecam linguam maternam M. Probabiliter facta est haec explicatio pro episcopis Persiae ut in synodo Seleuciae-Ktesiphontis (410) intelligere possent canones graecos tunc admissos.

3. *Homilia in Dominica in Albis*, in qua citatur Evangelium iuxta Diatessaron.

Editio : M. Kmosko, in OC 3 (1903) pp. 384-415. - *Versio germanica* : ibid.

Alia dubia opera tribuuntur M.

1. *Epistula ad Katholikum Isaacum*, in qua M. respondet Isaaco petenti ut mittantur « Canones Apostolorum » qui ordinant quid quisque ordo in Ecclesia praestare debeat ; simul dicitur Isaacum ad M. misisse « Capita Canonum ». Est epist. probabiliter authentica, forsan scripta post electionem Isaaci (399) et ante synodum an. 410.

Versio germanica : O. Braun, op. cit.

2. Symbolum Constantinopolitanum cum explicatione, in qua reprobatur Eutyches ! 3. *Narratio de Constantino et Helena*, continens nimis crassos errores historicos. 4. *Historia monachatus*, phantasiis plena ; quae omnia, versa a Braun, op. cit., sunt spuria.
5. De Canonibus synodi Seleuciae-Ktesiphontis an. 410 M. tributis cfr. § 49.
6. Tributi sunt M. hymni liturgici, qui forsan adhuc inveniuntur in Officio nestoriano : cfr. Baumstark, 53.

Doctrina

Non est mirandum M., qui conversatus est cum episcopis byzantinis initio saeculi V, orthodoxe sentire. Sic, sequaces Samosateni reprehendit ideo quod in Deo unam solam personam cum tribus nominibus admittant. Reiciuntur insuper errores Arii, Eunomii, Macedonii. In Hom. sic ait : « Patrem adoramus in Filio

et Filium in Patre et Spiritum S. » De Christo vero ibidem innuit duabus naturis constare, nam affirmat eum Deum et hominem esse : « Si Deus non est, quomodo ingressus est per ianuas clausas ?... Si homo non est, quomodo comprehensus est a iudaeis ? ».

Studia : E. Tisserant, s. v. in DThC. - A. Baumstark, 53-54. - M. Ralph, The armenian Life of M. of Maipherkat, Harv. Theol. Stud. 25 (1932) 47-73. - J. M. Vosté, M. de Maïpherqat et le « Liber ad Baptizandos » de Théodore de Mopsueste, OCP 12 (1946) 201-5.

§ 16. Mar Papa.

M. P. Bar ʿAggai, ep. Seleuciae-Ktesiphontis in prima medietate saec. IV lites habuit cum ceteris episcopis Persiae qui nolebant sedem illam praeesse ceteris.
Commercium epistolare inter P. et « occidentales Patres » non est genuinum. Agitur de 8 epist. quae in recentioribus mss. inveniuntur, quae tamen vel a Katholiko Josepho (saec. VI) vel etiam saltem ex parte, priore tempore scriptae videntur.

Ed. epist. 4 : H. Gismondi, Ling. syr. gramm. et chrestom. cum gloss., 4 ed. Romae 1913, pp. 30-32.
Vers. germanica omnium : O. Braun, ZKT 18 (1894) 163-82, 546-65.
Studia : I. Ortiz de Urbina, Intorno al valore storico della Cronaca di Arbela OCP 2 (1936) 20-23.

§ 17. « Ordo et Canones impositionis manus in sancta Ecclesia ».

Sub hoc titulo conservatur in ms. Cbarfensi, exscripto ab alio saec. VIII-IX, scriptum quod normas dat pro ordinibus sacris. Eius aetas constat ex eo quod sermo sit de diaconissis et de exorcistis, quod ante secundam medietatem saec. V scribi potuit. Locus vero satis bene insinuatur in allusione ad « Katholikum » qui est super ceteros episcopos, id est ad Persiam. Etiam ipsae declarationes vocabulorum graecorum quadrant cum his quae scimus de interventu Maruthae inde ab anno 410 in Ecclesia persiana. Documentum transmissum est a iacobitis.

Ed. : I. E. Rahmani, St. Syr. 3, 24-32 (49-66) [cum *vers. lat.*].

CAPUT III

SANCTUS EPHRAEM

S. Ephraem, omnium syrorum scriptorum facile princeps, ad culmen evexit litteras syriacas. Etiam in communi choro Patrum E. valde praeclarum locum obtinet tum abundantia operum tum auctoritate doctrinae. Eius fama cito etiam apud graecos divulgata est, ita « ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam ecclesiis scripta recitentur. Legi eius de Spiritu Sancto graecum volumen... et acumen sublimis ingenii, etiam in translatione, cognovi » (Hieron. *De viris inl.* 115). Sozomenus vero scripsit : « Omnium laudem supergressus esse, et catholicam Ecclesiam plurimum exornasse videtur E. Syrus... Concinnitate autem et splendore sermonis et vivacitate ac sapientia sententiarum superat celeberrimos quosque inter graecos scriptores... Ipso adhuc superstite libri eius in graecum translati sunt et hucusque transferuntur » (H. E. 3,16).

Apud omnes syros, sive etiam nestorianos sive jacobitas, E. magnis laudibus honoratur, vocaturque « columna Ecclesiae » « Citharoedus divinus » (Iacob Sarugensis, Sermo in b. E. doctorem). Eius vero carmina frequenter canuntur inde a saec. V in liturgia antiochena.

Ecclesia Catholica declaravit E. « Doctorem Ecclesiae » (5-X-1920).

E. frequentissime usus est sermone metrico et plura carmina liturgica composuit, ita ut maxime eius influxu hymni non solum apud syros sed etiam apud byzantinos ope versionum propagarentur. Valde probabile est traductores byzantinos, retinentes eandem normam metricam determinati numeri syllabarum, illa occasione ortum dedisse hymnographiae liturgicae byzantinae. Quanquam etiam apud E. interdum prolixitas sermonis obruat, splendet tamen saepissime eius genium poeticum quod theologico acumini consociavit. Illud est praeterea admirandum : E.

varia genera litteraria coluisse ; composuit enim non solum commentarios exegeticos et tractatus dogmaticos sed etiam hymnos lyricos, Vitas sanctorum et exhortationes.

§ 18. Vita.

Fontes ad vitam E. plena fide digni non restant nisi exiguae notitiae in eius scriptis sparsae. Alii fontes cum cautela consulendi sunt. Inter quos eminet « Testamentum », cuius exstant recensiones syriaca (ed. R. DUVAL, JA 18 (1901) 234-419 ; vers. Th. LAMY, Compte-rendu IV Congr. Intern. d. Catholiques, Fribourg 1802. Sciences Religieuses, 173-209) et graeca (ed. J. S. ASSEMANI, Op. graec. II, 230-47 cfr. A. VÖÖBUS, Die Selbstanklagen E. des Syrers in griechischer Überlieferung, OC 41 (1957) 97-101). Hoc documentum, praecisis interpolationibus et conclusione, continet nucleum historicum. Exstat et « biographia syriaca » valde antiqua tributa discipulo E. Simeoni Samosateno, cuius servantur tres recensiones (ed. J. S. ASSEMANI, BO, I, 26-55 ; Th. LAMY, S. E. syri hymni et sermones, II, 3-89 ; IV, xl. ss) quae omnes figmentis legendariis deturpatae sunt. Ab hoc fonte pendent sin minus Sozomenus, H. E. 3,16, saltem « Encomion » falso Nysseno tributum, a quo denuo anonymus « Bios » (ed. ASSEMANI, Op. graec. I, xxix-xxxiii) et Metaphrastes (ed. ibid.) pendent. Inter fontes recolantur et Hieronymus, de vir. inl. 115, Theodoretus. H. E. 4,26 et Iacobus Sarugensis, Sermo in b. E. doctorem, ed. P. BEDJAN, AMS 2, 665-79. Tardioris aetatis sed non sine pretio ea quae refert Breviarium iuxta ritum Eccl. Antiochenae Syrorum, Mausili 1889-91, vol. III, 393-96 ; 448-50 ; IV, 176-99.

Studia generalia : Th. LAMY, S. E. syri hymni et serm. IV, Mechliniae 1902 : De fontibus vitae s. E. syri, pp. IX-XLI. - A. BAUMSTARK, 31-52. - G. RICCIOTTI, S. E. Siro, Torino-Roma 1925. - O. BARDENHEWER, IV, pp. 342-75. - F. NAU s. v. DThC. - K. FENDKLEAN, Sion 1 (1927) 252-53 [armenice]. - E. R. HAYES, L'école d'Édesse, Paris 1930. - H. J. POLOTZKY, E. Reise nach Ägypten, Orientalia 2 (1933) 269-74. - G. BARDY, Le souvenir de s. E. dans le haut m. â. latin, Rev. du M. A. Latin 2 (1946) 297-300. - O. ROUSSEAU, La rencontre de s. E. et de s. Basile, OS 2 (1957) 261-85 ; 3 (1958) 73-91. - J. R. MARTIN, The Death of E. in byzantine and early italian painting, Art Bulletin 33 (1951) 220 ss. -

De influxu in hymnographiam graecam : H. GRIMME, Der Strophenbau in den Gedichten E. des Syrers, Fribourg 1893 [pro]. - A. DIHLE, Die Anfänge der griechischen akzentuierenden Verskunst, Hermes 82

(1954) 182-99 [contra]. - I. H. DALMAIS, L'apport des Eglises syriennes à l'hymnographie chrétienne, OS 2 (1957) 243-61. - N. B. TOMADAKIS, 'E. ὁ Σ. ἐν τῇ ἑλληνικῇ ὑμνογραφίᾳ, Studi Bizantini e Neoellenici 9 (1957) 389-92.

Sanctus E. natus est Nisibi imperante Constantino, probabiliter circa annum 306. Aliqui fontes affirmant parentes eius fuisse christianos, dum alii dicunt patrem fuisse idolorum sacerdotem. Quidquid sit, certum est E. baptismum recepisse sive 28 sive, probabilius, 18 annos natum. Scimus eum diaconum fuisse; presbyteratus eius non certo demonstratur. Ignoramus pariter quo tempore sit ordinatus; probabile vero iudicatur diaconatum ab eius amico s. Jacobo episc. Nisibis collatum esse. Reiciendum est E. cum suo amico Jacobo Nisibeno concilio Nicaeno (a. 325) adfuisse.

Nisibi, ubi E. docere probabiliter incepit, excelluit eius fortitudo in triplici obsidione quam urbs a persis sustinuit quamque pulchre cecinit in suis « Carminibus Nisibenis » et in hymnis contra Iulianum Apostatam, qui in ultima obsidione victus est. Cum autem Iovinianus a. 363 Nisibim persis cedere cogeretur, E. cum plurimis christianis Edessam se contulit, ubi scholam fundavit quae ideo « Schola persarum » appellata est. Iter E. in Aegyptum est omnino ficticium. Valde dubium reputatur iter E. in Caesaream Cappadociae ad visitandum Basilium Magnum, qui tamen de doctore quodam syro non semel loquitur.

E. sectatus est ascesim et valde probabiliter egit, saltem interdiu, vitam monachalem. En aliqua extracta e suo « Testamento »: « In noctibus et diebus neminem diebus meis conviciatus sum et cum nullo rixavi e quo vixi. Cum infidelibus (apostatis) constanter litigabam in coetibus... Nulla Ephraemo possessio fuit, non baculus, non pera... In tunica mea et cuculla mea sepellite me... Benedicta civitas, quam incolitis, Edessa, sapientium mater, quae ex vivo ore Filii per discipulum suum benedicta est. Illa ergo benedictio in ea inhabitet, donec Sanctus apparebit... Nullum opus bonum toto vitae tempore unquam feci. » E. fovit liturgiam et cantum hymnorum. E. mortuus est Edessae a. 373, probabiliter 9 iunii. Inter suos discipulos nominantur Aba (§ 25) Zenobius, (§ 24) Abraham, Maras et Simeon.

§ 19. Scripta.

Opera E. sunt hodiedum « mare magnum » cuius ripas non facile est definire. Tribuuntur, nec absurde, E. a Sozomeno circiter 300 myriades versuum; et syri, teste Photio, affirmabant eum plus quam mille sermones composuisse, quorum plures perierunt. Certum est E. solum syriace scripsisse; probabilius non callebat graecum.

Ad authentiam stabiliendam inserviunt haec criteria: 1) Testes qui et antiquitate et auctoritate fidem faciant, 2) Mss. antiqua, quorum aliqua saec. V-VII exarata sunt. 3) Testimonium librorum liturgicorum iudicandum est secundum antiquitatem talis testimonii. Cum autem antiquissima mss. liturgica tardioris saepissime aetatis sint, genuinitatem plene demonstrare vix possunt; ubi tamen attendendum est ad communitatem testimonii apud nestorianos et iacobitas, quae nos ad tempus separationi praevium et proinde antiquissimum retrahit. 4) Citationes S. Scripturae.

Versiones graecae operum inceptae sunt paulo post mortem; sed cum mss. nostra non adeo antiqua sint, deest ex sola versione graeca firmum fundamentum ad genuinitatem probandam.

Versiones vero armenicae quae maxima ex parte saec. V a « Sanctis Traductoribus » Edessae factae videntur, magna gaudent auctoritate et proinde et etiam e rationibus linguisticis ut pignus authentiae habentur.

Editiones generales: J. S. ASSEMANI, S. Patris N. E. Syri opp. omnia quae exstant graece, latine, syriace, in sex tomos distributa, nunc primum e Vaticana Bibl. prodeunt (6 voll.), Romae 1732-43 [= AS]. Opera quae eduntur in 3 tomis syriaco-latinis non semper sunt genuina; versio vero latina facta a P. Mobarrek S. I. nimis libera est. - Th. LAMY, S. E. Syri hymni et sermones (4 voll.), Mechliniae 1882-1902 [= LA]. Bona editio et fidelis versio latina; aliquando tamen de authentia alicuius scripti saltem dubitare licet. - J. J. OVERBECK, S. E. Syri, Rabulae, Balaei aliorumque opp. selecta, Oxonii 1865. Bona editio, sed sine versione ulla [= OV]. - I. E. RAHMANI - W. HEFFENING, Zur Textüberlieferung E. des Syrers, ZDMG 82 (1928) LXXXVI.

De versionibus graecis: C. EMERAU, S. E. le Syrien. Son oeuvre littéraire grecque, Paris 1918. - S. G. MERCATI, S. E. Syri Opp. Text. syriacum, graecum, latinum ad fid. codd. recensuit. Tom. I. fasc. 1, Romae 1915. - *idem*; Frammenti dell'omelia Εἰς τὸν πάγκαλον Ἰωσήφ di S. E. Siro, riconosciuti nel facsimile del Montfaucon, Palaeographia Graeca, pag. 214, Bi. 1 (1920) 371-75. - Idem, Intorno ad ἀνδρισμὸς del Papiro Londin. 1338 e ad ἀνδραποδισμὸς di S. E. Siro, In Abraham et Isaac,

V, 440, Bi 3 (1922) 452. - Idem, Alfabeti intromessi nelle versioni greche di S. E. Siro, Ἐπετηρὶς Ἑταιρείας Βυζαντινῶν Σπουδῶν 23 (1953 41-4). - W. HEFFENING, Die griechische E. - Paraenesis gegen das Lachen in arabischer Übersetzung, OC 3, 11 (1936) 54-80. - D. HEMMERDINGER-ILLIADOU, II Pierre, II, 18, d'après l'E. grec, Rev. Bibl. 64 (1957) 399-402.

De versionibus armenicis: J. TOROSSIAN, Conspectus versionis armenicae operum s. E. [armenice], Pazmabev 82 (1925) 3-10. - H. ADJARIAN, Vocabula incognita armenica in operibus s. E. [armenice] Pazmaveb 83 (1926) 46-9, 74-75. - H. Gr. S., S. E. Coelesyriae antiphonare, Venetiis 1383 (= 1934) [armenice]. - P. G. SARKISSIAN, Carmina s. E. [armenice], Pazmaveb 92 (1934) 144-66. - P. N. AKINIAN, Collectio 51 madrashe s. E. coelesyri in versione antiqua armenica. Studium et textus, [armenice], Handes Amsorya 67 (1953) 481-523; 68 (1954) 449-71, 257-85; 69 (1955) 1-17, 97-115, 289-309; 70 (1956) 1-14, 97-123. De singulis versionibus inferius est sermo.

A) OPERA EXEGETICA

Methodus exegetica E. generatim est « antiochena », nempe sobrie textum iuxta sensum obvium et immediatum explanans. Ante exegesim praemittitur brevis introductio.

1. - *Commentarii in Genesim et in Exodum*, in ms. *Vat. Syr.* 110 (saec. VI).

In explicandis factis ante diluvium E. tenet sententiam iuxta quam genus Abelis in montanis non longe a paradiso degebat, dum genus Caini (« filii hominis ») in vallibus habitabant. Genus autem Abelis (« filii Dei ») descendit e regione sua et commixtus est cum cainitis, unde depravatio magna oborta est.

Editiones: AS, Op. Syr. I, 1-115; 194-225 [NB. Adiungitur pars quae non est E. sed Jacobi Edessae] - R. M. TONNEAU, S. E. Syri in Gn. et in Ex. Commentarii, Lovanii 1955, CSCHO Script. Syr. 71.

Versio armenica antiqua: Catenae ed. a Mechitaristis, Venetiis 1836. - *Latina*: in edd. AS et TONNEAU.

Studia: P. de LAGARDE, Über den Hebräer E. von Edessa zu Gen. 1-38, Abh. d. Ges. Wiss. Göttingen 26 (1880) 43-46. - A. POHLMANN, S. E. Syri commentariorum in Sacram Scripturam textus in codd. Vaticanis manuscriptus et in ed. romana impressus, Brunsbergae 1864. - D. GERSON, Die Kommentarien des E. Syrus im Verhältnis zur jüdischen Exegese, Monatsschr. f. Gesch. u. Wiss. des Judentums 17 (1868) 15-33, 64-72, 98-109, 141-49. - Th. LAMY, L'exégèse en Orient au VI^e siècle, ou les commentaires de s. E., Rev. Bibl. 2 (1893) 5-25, 161-81, 465-86. - M. TREPPNER, E. der Syrer und seine Explanatio der vier ersten Kapitel der Gn., Passau 1893. - C. BRAVO, Un comentario de Jacobo de Edessa al Gen. 1,1-7 atribuído a S. E., Bi. 31 (1950) 390-401. - A. LEVENE, The Early Syrian Fathers on Genesis. London 1951. - Idem, Pentateuchal Exegesis in Early Syriac and Rabbinic Sources, in K. ALAND - F. L. CROSS, Studia patrist. I, Berlin 1957, pp. 484-92.

2. - *Commentarii in Diatessaron* conservatum in versione armenica. Momentum huius operis pro textu Diatessaron stabiliendo iam affirmatum est (cfr. § 7). E. docet hic copiose suas theologicas ideas praesertim de Deo et de christologia et mariologia. Quanquam opus sit genuinum, videtur tamen versionem armenicam syriacum textum interdum compendiare. Aliqua suspicio cuiusdam etiam alterationis non excluditur. Recentissime inventus est textus syriacus operis cuius editio a L. Leloir proxima dicitur.

Iuvat hic quaestionem criticam de textu Math. 16,18 breviter discutere. E. scribit: « Beatum sit, ait, tibi, Simon. Et portae inferi te non superabunt, id est quod non destruetur fides » (p. 185, vers. 134). Haec legens Harnack scripsit defuisse in primigenio evangelio illud: « Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam ». Contra hanc opinionem scripserunt Zahn et Kneller: tamen illam suam fecit et Resch, qui citavit et illud commentarii in Isaiam 54,17: « Vectes inferni non praevalebunt adversus te » (LA II, 156). Ad haec respondetur: 1) E contextu proxime sequenti apparet E. loqui de solida aedificatione Ecclesiae. Iam vero, si in textu Diatessaron haec deerant, cur ea explanat? Ex Aphrahate, pariter Diatessaron utente, sumi possunt duae allusiones ad Math. 16,18 in quibus Petrus apparet ut fundamentum Ecclesiae (PS I,336; II,36). 2) In alio opere E. praebet textum secundum communem recensionem: nempe in hymno 20 de Paradiso ait: « Non possunt portae inferni vincere eam [Ecclesiam] ». (LA IV, 674) 3) Commentarii in Isaiam sunt dubiae authentiae. Textus adductus est: « Omne regnum tibi — foemininum! — oppositum non perducet opus suum ad finem, id est vectes inferni non praevalebunt adversus te — foemininum ». Scilicet in hoc textu agitur non de Simone sed de nova Sione, Ecclesia. 4) Ex dictis eruitur textum primitivum in Diatessaron non habuisse « non praevalebunt adversus te (Simon!) » neque defuisse « aedificabo Ecclesiam meam ». Et quidem invincibilitas promittebatur ibi Ecclesiae. Quare dicendum est aut traductorem aut forsan ipsum E. amore brevitatis citationem simplificasse.

Nota in Commentario adesse errorem identificandi Mariam, cui Iesus ut hortulanus post resurrectionem apparet, cum Virgine, qui error contradicitur ab alio hymno E. (LA III, 646).

Editiones : Mechitaristae, Venetiis 1836. - L. LELOIR, CSCHO Script. armeniaci 1, Lovanii 1953.

Versio latina : I. B. AUCHER - G. MOESINGER, Evangelii concordantis expositio... in latinum translata, Venetiis 1876. - L. LELOIR, op. cit. Script. arm. 2, Lovanii 1954.

Studia : C. BURKITT, S. E.'s Quotations from the Gospel, Cambridge 1901. - A. HARNACK, Tatian's Diatessaron und Marcion's Commentar zum Evangelium bei E. Syrus, ZKg 4 (1881) 471-505. - S. EURINGER, Der locus classicus des Primates (Mt. 16, 18) und der Diatessarontext des hl. E., Beitr. zur Geschich. d. christl. Altertums : Festgabe Ehrhard, Bonn 1922, pp. 141-79. - U. HOLZMEISTER, Die Magdalenenfrage in der kirchl. Überlieferung, ZKT 46 (1922) 402-22, 556-84). - A. MERK, Die Marien und salbenden Frauen bei E., ibid. 47 (1923) 494-96. - V. F. BUCHNER, Zu einer Stelle der armenischen Übersetzung von E. Syrus' Diatessaron-Kommentar, Handes Amsorya 41 (1927) 685-88. - Idem, Some Remarks on the Tradition of the Armenian Translation of E. Syrus' Commentary on the Diatessaron, Bull. of Bezan Club 5 (1928) 34-36. - S. LYONNET, Les origines de la version arménienne et le Diatessaron, Rome 1950. - L. LELOIR, Le Diatessaron de Tatien, OS 1 (1956) 1-45 ; 208-31. - Idem, L'Évangile d'E. d'après les oeuvres éditées, CSCHO Subsidia, Louvain 1958.

3. - *Commentarii in Paulum*, in sola versione armenica transmissi et valde compendiosi. Inter epistulas declaratur, ut authentica, « 3. ad Corinthios ».

Editio : Mechitaristae, Venetiis 1836.
Versio latina : Mechitaristae, S. E. Syri commentarii in epistolas D. Pauli... Venetiis 1893.

Studia : P. VETTER. Der apokryphe dritte Korintherbrief, Wien 1894, pp. 80-97. - SCHAEFERS, Evangelienzitate in E. des Syrers Kommentar zu den paulinischen Briefen, Freiburg i. Br. 1917. - A. F. KLIJN, A Note on E.'s Commentary on the Pauline Epistles, JTS 5 (1954) 76-78.

4. - *Commentarii in Actus Apostolorum*, in sola versione armenica cogniti. Opus, quod cum textu Irenaei et Hippolyti affinitates habet, indubii pretii est ad criticam textualem Act. E. inculcat influxum Spiritus Sancti et palam loquitur de divinitate et humanitate Christi. Textus Commentarii est lacunis plenus.

Editio : W. AKINIAN, Wien 1921.

Versio latina et anglica : F. C. CONYBEARE, The Commentary of E. on Acts, apud F. JACKSON - K. LAKE, The Beginnings of Christianity I, 3, London 1926, pp. 373-453.

Studia : A. MERK, Der neuentdeckte Kommentar des hl. E. zur Apostelgeschichte, ZKtT 48 (1924) 37-58, 226-60.

5. - *Catenae in Pentateuchum, Jos., Judic., Sam., Reg., Chron.* cum textibus s. E. in sola versione armenica.

Editio : Mechitaristi, Venetiis 1836.
Studium : A. VARDANIAN, Handes Ams. 26 (1912) 544-55.

6. - *Fragmenta Commentarii in Iob.*, in sola versione armenica.

Editio : A. VARDANIAN, Handes Ams. 26 (1912) 617-26, 666-71.

B) OPERA DOGMATICA ET POLEMICA

7. *Contra haereses ad Hypatium* et *Contra haereses ad Domnum*, scripta soluto sermone quae in mss saec. VI iacent (*Brit. Mus.* Add. 14374 ; 14570 ; 14623). In his tractatibus E. gravioribus argumentis et explanationibus doctrinam fatalisticam gnosticorum et dualitatem principiorum supremorum apud manichaeos refellit. Optima ibi habentur de praestantia et necessitate libertatis humanae. Non quod E. ad theorias valde philosophicas recurrat, sed ex immediata experientia ope logicae naturalis contra doctrinas abstrusas et fictitias gnosticorum optima argumenta deducit.

Editiones : OV, 21-73 [1 liber et initium 2.]. - C. W. MITCHELL - A. A. BEVAN - F. C. BURKITT, S. E.'s prose refutations of Mani, Marcion, and Bardaisan (2 voll.) London 1912, 1921 [uterque liber].

Versio anglica : MITCHELL, op. cit.

Studia : CLERMONT - GANNEAU, Syriaque et Nabatéen, JRAS (1923) 263 ss.

8. - *Hymni 56 contra haereses*, testificati a Sozom. H. E. 3,16 et exstantes in ms. anni 522 (*Vat. Syr.* 111). Bardesanem et eius filium Harmonium imitatus E. composuit haec carmina ut inter populum vera doctrina contra errores manichaeorum, bardesanitarum, marcionitarum, arianorum, aetianorum, sabellianorum propagaretur. Abundant « refrains » et versus sunt incisivi et effi-

caces pro mente populari. Insurgit E. contra gnosticos qui plura principia ingenita admittunt. In his hymnis et in n. 7 plura inveniuntur pro tractatu apologetico circa unitatem Dei et circa causam mali in mundo.

Editiones: AS, Op. Syr. 21, 437-560. - E. BECK, CSCHO, script. syr. 76, Louvain 1957.

Versiones: *Latina*: AS. ibid. - *Germanica*: A. RÜCKER, Des hl. E., des Syrers Hymnen gegen die Irrlehren, München 1928 (BKV). - E. BECK. CSCHO, script. syr. 77, Louvain 1957.

9. - *Hymni 87 de Fide* conservati in mss. *Brit. Mus.* Add. 12176 saec. V-VI et *Vat. Syr.* 111 (an. 522). Est opus praestantissimum in quo sermo fit de internis disputationibus Ecclesiae, quae proinde aliae esse non possunt nisi controversiae circa arianismum. Etenim hic, secus ac in hymnis contra haereses, adversarii non nominantur. Dicendum ergo est hymnos compositos esse Edessae ultimis annis vitae E., qui etiam ad initia apollinarismi alludere videtur. E. deplorat has discordias provocatas ab his qui innovatores sunt et scrutari intendunt illa quae sunt incomprehensibilia in Trinitate et christologia. Ipse abhorret proinde a « graeca scientia » et ab speculatione. Ut criterium proponit id quod in Scriptura traditur dummodo cum simplici docilitate intelligatur: sic voces « Filius » « Pater ». Ergo si Ecclesia affirmat Filium esse generatum, hoc tenendum est, sed non est ulterius inquirendum quomodo haec generatio sit. E. illustrat quaestiones de Trinitate et christologia copiosis explanationibus quas vel e traditione Ecclesiae vel e sua inspiratione poetica aut e communi sensu haurit, quin tamen ad theorias philosophicas ullo modo recurrat. Hymni 81-85 depingunt Christum sub imagine margaritae et eminent pulchritudine; supponunt notitias exoticas de formatione margaritarum.

Editiones: AS, Op. Syr. III, 151-164. Agitur de confusa et mendosa editione, quae solum 80 hymnos interdum alteratos comprehendit. - E. BECK, CSCHO Script. syr. 73, Louvain 1955 [accurata ed.].

Versiones: *Germanica*: P. ZINGERLE, Ausgewählte Schriften des hl. E. von Syrien, BKV, Kempten 1873. - E. BECK, op. cit. Script. Syr. 74, Louvain 1955.

Studia: E. BECK, Die Theologie des hl. E. in seinen Hymnen über den Glauben, Città del Vaticano 1949.

10. - 3 *Sermones de Fide*, conservati in ms. saec. VI - *Brit. Mus.* Add. 12166 — habent fere idem argumentum ac hymni,

sed prius scripti sunt quando nimirum E. Nisibi versabatur. Polemica est contra arianos et etiam contra iudaeos. Plura hic habentur quae ad cognitionem Dei et ad revelationem spectant; nec desunt sententiae de christologia, de mariologia, de paenitentia et de angelis.

Editio: AS, Op. Syr. III, 164-208.

Versio latina: AS ibid. - *Germanica*: S. EURINGER, BKV, Kempten-München 1919, pp. 374-9.

Studia: E. BECK, E. Reden über den Glauben. Ihr theologischer Lehrgehalt und ihr geschichtlicher Rahmen, Rom 1953.

11. - *4 Hymni adversus Iulianum* Apostatam, quem E. praesentem habuit in ultima obsidione Nisibis. Conservantur in ms. an. 519, *Brit. Mus.* Add. 14571. Agitur de optimo fonte historico qui confirmat ea quae ab alio teste oculari, Ammiano Marcellino, narrantur. Notandum est in his hymnis Constantium, qui tamen semiarianismo faverat, magnis laudibus ab E. extolli; obiectum tamen laudum non est politica religiosa Constantii. Hymni compositi sunt Nisibi an. 363.

Editio: OV, 3-20. - E. BECK, CSCHO, script. syr. 78, Lovanii 1957.

Versio germanica: S. EURINGER, BKV, Kempten-München 1919, pp. 197-233. - E. BECK, op. cit. 79, Lovanii 1957.

12. - Fragmenta *Sermonis contra Bardesanem* servata in mss. et citatione saec. VIII.

Editiones: OV, 132. - I. E. RAHMANI, Stud. Syr. 2, 129 s. De alio fragm. non tanti pretii cfr. ibid. 1, 11 s.

13. - *Sermo de Domino Nostro*, citatus a Philoxeno et conservatus in ms. saec. V-VI - *Brit. Mus.* Add. 14570 - continet in longa explanatione plura de Trinitate et christologia.

Editio: LA I, 147-274.
Versio latina: ibid.

14. - *Sermo in prologum Ioannis*, cuius restant solummodo citationes a Philoxeno Mabbugensi factae.

Editio: LA, II, 511-16.

15. - *Hymni de Paradiso*, qui sunt 15 et conservantur in mss. saec. VI - *Vat. Syr.* 111 et 112 - canunt exuberanti phantasia pulchritudinem caeli quod cum paradiso adamitico identificatur. Nullum vestigium apparet Apocalypsis, quae a syris tunc temporis ignorata esse videtur. Plura praebet de novissimis.

Editiones: AS, Op. Syr. III, 562-98 [solum hymni 1-12s. - OV, 339-51 [hymni 13-15]. - E. Beck, CSCHO script. syr. 78, Lovanii 1957.

Versio latina [omnium hymnorum]: E. Beck, E. Hymnen über das Paradies, Übersetzung und Kommentar, Rom 1951. - *germanica*: idem, CSCHO script. syr. 79, Lovanii 1957.

Studia: E. Beck, Eine christliche Parallele zu den Paradieses-Jungfrauen des Korans? OCP 14 (1948) 398-405. - I. Ortiz de Urbina, Le Paradis eschatologique d'après S. E., OCP 21 (1955) 467-72.

C) Opera ascetica

16. - *Hymni de virginitate et de mysteriis Domini nostri.* Talis est titulus qui in ms. *Vat. Syr.* 111 anni 522 datur cuidam collectioni hymnorum et sermonum qui generatim de re ascetica agunt et qui videntur ad lectionem monachalem aut liturgicam esse compilatos. Antiquissima aetas codicis necnon plura criteria interna stant pro generali genuinitate operum. Attamen non est excludendum aliquem spurium numerum inter legitimos esse interpolatum, quod tunc perspicietur cum labor criticae perfectus erit.

Hymnorum, qui 51 numerantur, hoc est argumentum: De virginitate (1-3); de oleo et oliva (4-7); de mysteriis Domini discernendis (8-11); de episodiis evangelicis (12-16; 22-23; 25-28-34; 49-51); de Sichem (17-19); de Ephraim (20-21); de virginitate (24), de Iericho (35); de Ecclesia (36); de fide (37) de Loth ipsiusque filiabus (38); de gratiarum actione (39-41) de Jona et Ninive (42-48).

Editiones: I. E. Rahmani, Hymni de virginitate quos e codice Vaticano 111 nunc primum edidit, illustravit et latine vertit, Scharfeh 1906 [completa]. - LA II, 773-823 [solum nn. 1-10, 14, 17, 23 e ms non tanti momenti Br. Mus. Add. 17141, saec. VIII-IX]; LA, IV, 497-670 [nn. 9-38, 44-51 e ms Vaticano].

Studia: A. Vööbus, Untersuchungen über die Authentizität einiger asketischer Texte, überliefert unter dem Namen « E. Syrus », Pinneberg 1947. - Idem, Beiträge zur kritischen Sichtung der asketischen

Schriften, die unter dem Namen E. des Syrers überliefert sind, OC 39 (1955) 48-55.

17. - *Hymni de Ecclesia*, collectio antecedenti simillima, quae asceticis maxime scriptis constat, et cuius 52 numeri fere omnes [8-51] in eodem antiquissimo *Vat. Syr.* 111 contenti sunt, dum nr. 1 et fragmenta sequentium in ms. *Brit. Mus.* Add. 14635 ante an. 555 scripto servantur. Iudicium de genuinitate idem valet ac de praecedenti: praesumptio est in favorem.

Editiones et argumenta singulorum numerorum:

8-9 de libero arbitrio, AS Op. Syr. III, 359-67.
11 de Dei iustitia et misericordia, ibid. 613-15.
12, 19 de libero arbitrio, ibid. 339-67.
23 paraenesis, ibid. 450.
25-33 de oratione, ibid. 615-18; de Providentia, 608-12; de mortificatione interna, 624-7; paraenesis, 555-61; de mundi illecebris, 620-24; de oculorum custodia, 627-29.
35-37 in Gn. 3, 6, AS Op. Syr. II, 327 s,
38-42 de miraculis Xti., LA II, 717-30.
43-44 de tabulis Legis, ibid. 729-42.
45-50 in Gn. 3, 6; 5, 21, AS Op. Syr. II, 318-27.
51-52 de Xti. Passione et Resurrectione AS Op. Syr. III, 603-4; de Providentia, 618-20.

Versio armenica antiqua: cfr. pag. 56. - *Latina*: Op. citato.

Studia: A. Vööbus, opera citata in praec. numero. Dyroff, Zu E. (?) Rede über « Alles ist Eitelkeit und Geistesplage », Festgabe A. Ehrhard, Bonn 1922, pp. 119-40.

18. - *Hymni de Abraham Qidunaja*, monacho. Sunt 15 et iacent in ms. *Brit. Mus.* Add. 14592, saec. VI-VII. Laudantur virtutes asceticae huius viri, qui vixit paulo ante E.

Editio: LA, III, 749-836.
Versio latina: ibid.

19. - *Hymni de Juliano Saba*, numero 24, in eodem ms. ac praecedens, argumentum simile habet.

Editio: LA, III, 837-936.
Versio latina: ibid.

20. - *Epistula ad ascetas montanos prope Edessam*, cuius genuinitas non tam ms., saec. VIII, quam usu Diatessaron demonstratur.

Editio: OV, 113-31.
Studia: A. VÖÖBUS, A letter of E. to the Mountaineers. A literary critical contribution to syriac patristic literature, Pinneberg 1947.

21. Fragmentum *Epistulae ad Publium*, ineditae, servatae in ms. saec. XII sed genuinae propter usum Diatessaron.

Studia: F. C. BURKITT, S. E. Quotations from the Gospel, Cambridge 1901, pp. 70-2.

21. *Hymni paraeneticus et macarismaticus*, in ms. *Brit. Mus.* Add. 14592 saec. VI-VII conservati sunt. Primus vero huius mundi caducitatem cantat dum secundus perfectos laudibus exaltat.

Editio: LA, IV, 775-90.

D) OPERA LITURGICA ET VARIA

22. *Hymni de Nativitate*, numero 16, qui omnia quae ad Epiphaniam et nativitatem Christi spectant commemorant quique proinde ad unicum festum diei 6 ianuarii destinati videntur. Fragmentarie in ms. *Brit. Mus.* Add. 14571 anni 519, integre autem in ms. *Vat. Syr.* 112 an. 552 conservantur. Plura in eis pro dogmate nonnulla etiam pro liturgia invenire licet.

Editiones: Valde confuse AS dispersit hymnos eosque commixit cum alia collectione, non tam securae authentiae, *de Epiphania* (cfr. E) 1.) In AS Op. syr. 2, eduntur « 13 sermones de Nativitate Domini » (2, 396-436) et quidem e ms. Vaticano. Sed nota: deest secundus hymnus qui editur 2, 599-602. Praeterea sermo 2 = hymno 3; sermo 3 = hymno 4; sermo 4 = 5 + 6 hymnis; sermo 5 = 7 hymno; sermo 6 = 8 hymno; sermo 7 = 9 hymno; sermo 8 = 10 + 11 + 13 hymnis. Alia ex parte LA II, 501-10 edit e ms. *Brit. Mus.* iam citato hymnum 12 et partim 16. Vide ibi pag. 501 nota 2 discrepantiam inter ordinem ms. *Brit. Mus.* et editionem AS.

Studia: P. PASCHINI, A proposito di un inno di s. E. sulla Natività di Nostro Signore, Ephem. Liturg. 41 (1927) 151-53. - E. BECK, E. Reden über den Glauben, Rom 1953, p. 130.

23. - *Hymni de ieiunio*, qui sine dubio destinati erant ad tempus quadragesimale. In libris liturgicis plures exstant talis indolis E. tributi. Attamen omni dubio liberi solummodo illi tenentur qui in mss. valde antiquis iacent. Tales sunt *Brit. Mus.*

Add. 14571 anni 519 et Add. 14627 saec. VI-VII: quorum primus continet 5 hymnos et partem sexti, secundus vero dumtaxat 2.

Editiones: LA II, 651-78.

24. - *Hymni de Resurrectione Xti.*, qui continentur in supracitato ms. *Brit. Mus.* Add. 14627. Cantant descensum Christi ad inferos et resurrectionem.

Editiones: LA II, 741-74.

25. - *Hymni de azymis*. Ex 21 hynmis periere sex (7-12). Conservantur in pervetustis mss. *Brit. Mus.* Add. 14627 saec. VI-VII; Add. 14571, anni 519. Recoluntur in his hymnis mysteria Passionis et Resurrectionis Domini.

Editiones: LA I, 567-636.

26. - *Hymni de Crucifixione*. Octo servantur a mss. *Brit. Mus.* Add. 14627 saec. VI-VII et Add. 14571 anni 519. Constituunt commentarium theologicum et poeticum Passionis.

Editiones: LA I, 637-714.

27. - *Hymni de confessoribus et martyribus*. Ut constat e ms. *Brit. Mus.* Add. 14592 saec. VI-VII E. scripsit 12 hymnos de confessoribus et unum de filiis Shamonae, nempe de Maccabaeis. Desunt vero 7 priores. Insuper ms. *Brit. Mus.* Add. 14574 saec. V-VI continet hymnum de martyribus.

Editiones: LA III, 641-96, 741-48.

28. - *Sermones rogationis*. Agitur de orationibus publicis ad obtinendam pluviam. Philoxenus initio saec. VI cognoscebat iam 11 sermones rogationum s. E. Vetustum ms. *Brit. Mus.* 17164 saec. VI continebat saltem 10 sermones, quorum hodie solum 8 et 9. integre alii vero solum fragmentarie. Folia autem deperdita suppleri satis bene possunt ope ms. *Dublinensis* B. 5. 18 ineuntis saec. XVII, qui continet sermones « quos e sermonibus beati E. elegit et apte disposuit Mar Iaqira », non melius cognitus. Sermones hi habentur etiam in Breviario Chaldaico ed. P. Bedjan tom. I, Parisiis 1886, 411-93. Hi sermones adhibentur a Chaldaeis

et Nestorianis in « Rogationibus Ninivitarum », quae tempus quadragesimale praecedunt. Preces pro pluvia notae sunt et Maronitis et Iacobitis.

Editiones: LA III, 1-126 [8.et 9 pp. 111-26]. E posterioribus mss. liturgicis non tantae auctoritatis, LA, IV, 367-462. - I. E. RAHMANI, Bessarione 2. ser. 4 (1903) 165-85 e ms. saec. XVII; 5 (1903) 4-13 e tardiore ms. edit sermones quos falso credit esse rogationum. Prius veros ediderat sed sine loci aut anni indicatione.

Studia: P. KRÜGER, Die Regenbitten Aphrems des Syrers, OC 3. Ser. 8 (1933) 12-61, 144-51.

29. - *Carmina Nisibena*. Constituunt pulcherrimum poema quod constabat 77 hymnis, quorum tamen 8, (22-24) hucusque latent. Conservantur in ms. *Brit. Mus.* Add. 14572 saec. VI adscribendo et in aliis validae auctoritatis. Ipse E. compilavit hymnos qui diversis annis suae vitae ab ipso compositi sunt ac proinde efformant quasi commentarium poeticum propriae vitae. Hymni 1-21 narrant fortunas bellicas Nisibis in pugna contra persas et laudes episcoporum urbis, inter quos S. Iacobus, Babu et Vologeses. Haec composita sunt circa annum 359. Hymni 25-30 agunt de Edessa et scripti sunt circa ann. 370. Hymni 31-34, de Carrhis, probabilius a. 364 exarati laudant eius episcopum Vitum. Hymni 35-77 tractant res dogmaticas, maxime eschatologicas, et Edessae inter ann. 363-73 redacti esse videntur.

Momentum horum hymnorum pro historia est grave. Nam priores alludunt ad bellum inter romanos et persas et praesertim ad obsidionem Nisibis anni 350. In aliis insuper res narrantur de episcopis Nisibis, Harran et Edessae quae non sunt in aliis fontibus, iter Thomae in Indiam etc. Nec minus momentum est pro dogmate cum in his hymnis praeclara testimonia habeamus de novissimis et de plena B. Mariae immunitate a peccato.

Editiones: G. BICKELL, S. E. Syri Carmina Nisibena additis prolegomenis et supplemento lexicorum syriacorum primus edidit, vertit, explicavit, Lipsiae 1866.

Versiones: *Latina*: G. BICKELL, op. cit. - *germanica*: P. ZINGERLE, et A. RÜCKER, BKV. - C. MACKE, Hymnen aus dem Zweiströmeland, Mainz 1882 [sermone metrico].

Studia: A. COLONNA, L'assedio di Nisibis del 350 D. C. e la cronologia di Eliodoro Emiseno, Athenaeum N. S. 28 Pavia (1950) 79-87.

30. - *Sermones de praedicatione Ionae in Ninive*. Iacent in ms. *Brit. Mus.* Add. 14573 saec. VI, cuius lacunae ope antiquae versionis graecae compleri possunt.

Editiones: AS Op. Syr. 2, 359-87.
Versiones: *Graeca antiqua* AS Op. graec. 3, 561-8. - *Latina*: AS in op. citatis. - *Anglica*: H. BURGESS, The Repentace of Ninnive, London 1853.

31. - *Sermones de reprehensione*. Plures E. tribuuntur, sed propter vetustatem codicis solum duo plenam fidem mereri videntur, qui in *Brit. Mus.* Add. 14573 saec. VI primus integer, secundus incompletus conservantur. A ruina Nisibis E. occasionem carpit ut ad paenitentiam hortetur.

Editiones: LA II, 335-62 [1 sermo].

32. - *Sermones de Nicomedia*. Gennadius (+ 492/505) in *De vir. inl.*, 66 scribit: « .. ruinam etiam Antiochiae elegiaco carmine planxit, eo auditores imbuens sono, quo E. diaconus Nicomediae lapsus ». Ergo E. cecinit destructionem Nicomediae per terrae motum (358). In versione armenica exstant omnes sermones, dum in textu syriaco restat unus integer et aliqua fragmenta aliorum, in mss. saec. VIII-XI.

Editiones: I. E. RAHMANI, St. Syr. II, Sharfe 190, pp. 20-27.
Versio armenica antiqua e ms. Jerus. 326 monast. Jacobi, F. MURAT Sexdecim sermones de urbe Nicomediae a s. E. syro [armenice], Sion, Jerusalem 1 (1927) 314-15; 381-83; 2 (1928) 28-31, 61-62, 93-95, 157-59, 186-88, 219-22, 278-79, 346-48, 382-83; 3 (1929) 31-37, 78-79, 184-90, 222-23, 276-79; 5 (1931) 121, 185-87; 6 (1932) 154-6.
Studia: F. MURAT, Sexdecim hymni recenter inventi s. E. de urbe Nicomediae, in Huschardzan, Miscellanea jubilaei Congregationis Mechitaristorum Vindobonae, Wien 1911 [armenice] pp. 203-8.

33. - *Antiphonae*. In versione armenica in ms. S. Lazari, Venetiis, et in ms. in curia episc. arm. Nicosiae, quae vetus ms. Etchmiadzin incomplete transcribunt, conservantur antiphonae e collectione quae 51 continebat.

Editio versionis armenicae nr. 46-51: G. S. Antiphonae S. E. Venetiis 1934. - *Gallica* ant. 48: L. MARIES, Une *antiphona* de Saint E. sur l'Eucharistie, Rech. Sc. Rel. 42 (1954) 394-403. - Idem, Deux Antiphonae de s. E., ib. 45 (1957) 396-408 [ant. 5-6].

E) Opera dubia

Plura sunt scripta quae E. tribuuntur pro quorum genuinitate tamen nullum securum criterium invocari potest. Hoc porro legitimum dubium de authentia diversos habet gradus, maxime si aetas codicum prae oculis habeatur. Interdum hoc dubium quasi subtile velum opponitur ut in codicibus liturgicis quae quadam libertate hinc et inde seligunt nec magna vetustate gaudent. Profundum examen critico-litterarium horum scriptorum, uti sperare licet, plura dubia removere adhuc poterit.

1. *Hymni in festum Epiphaniae*. - *Ed.* : LA I, 1-144 (ms. saec. IX-X).
2. *Hymni de Maria*. - *Ed.* : LA II, 520-642. - *Vers. ital.* : G. Ricciotti, Torino 1940. - *Studium* : C. Vona, Alcune osservazioni sugli Inni alla Vergine di S. E. ,Eunt. Doc. 6 (1953) 381-85. (ms. saec. IX-X).
3. *Hymni in martyres*. - *Ed.* : LA III, 695-740 (ms. saec. IX-X).
4. *Hymni in* 40 *martyres Sebastes*. - Ed. AS Op. Syr. 3, 296-98 (ms. saec. IX).
5. *Funebres canones* qui in traditione et nestoriana et iacobitica inveniuntur, qui tamen mss. solum inde a saec. IX constant. - Ed. AS Op. Syr. III, 313-44, 346-59. Cfr. § 23.
4. *Homiliae in initio Quadragesimae*, ubi de Gn et Ex et de descensu Spiritus, quae, etsi in ms. saec. V-VI, *Brit. Mus.* 17189 inveniantur, videntur versiones a graeco, forsan a Chrysostomo, esse. - *Ed.* : OV 74-104. - LA II, 707-18. Cfr. Burkitt S. E. Quotations from the Gospel, Cambridge 1901, pp. 74-79.
5. *Catenae* de Jud. Sam. Reg. Proph. Thren. Pentateuch. Jos. Job, compilatae ab auctore iacobita saec. IX. - *Ed.* : AS Op. Syr. 1, 308-567 ; 2, 20-315 ; 1, 116-93, 226-307 ; 2, 1-19. - LA II, 105-310. - *Stud.* : Th. Lamy, Les commentaires de s. E. sur le prophète Zacharie, RB 6 (1897) 380-95, 535-46 ; 7 (1898) 89-97. - Burkitt, 86-89.
6. *Citationes* in Commentario in Pent. arabico. - *Ed.* P. de Lagarde, Materialien zur Kritik u. Gesch. des Pentateuchs, II, Leipzig 1867, pp. 3-182.
7. *Biographia Abrahami Qidunaja* (primum ms. quod E. tribuit est saec. VI, quod tamen simul falso E. tribuit opus Theodoreti de Ioanne Saba. - *Ed.* : Lamy, AB 10 (1891) 10-49. - LA IV, 1-84. - P. Bedjan, AMS 6, 465-94. - *Vers. graec.* : AS Op. graec. 2, 11-20.
8. *Notitiae de Apostolis*, fragmentum mutilum quod a ms. saec. IX E. tribuitur. - *Ed.*: A. Barsaum, CSCHO Ser. III, 14, Lovanii 1917, 1920; pp. 21-22 [*vers. lat.* 15].
9. *Hymni* 18 *liturgici*, qui paraeneticum et paenitentialem characterem prae se ferunt et qui in mss. liturgicis saec. VIII-IX continentur. *Ed.* : AS, Op. Syr. 3, 412-5, 453-5, 415-37, 451-53, 437-40, 447-50, 470-73, 450-51, 443-7.

10. *Hymni ad liturgiam funebrem*, inter quos aliqua Carmina Nisibena miscentur. Sed. cod. est saec. XI. - *Ed.* : LA III, 937-58.
11. *Hymni de Nativitate et ieiunio*, habentur in mss. inde a saec. IX, in quibus pro festo Epiphaniae et pro Quadragesima hymni colliguntur. Nec desunt in his hymnariis aliqui hymni genuini e veterioribus mss. noti, ut hymni de Nativitate quos recensuimus inter authenticos sub Nr. 22. Sed de aliis deest sufficiens securitas. - *Ed.* : AS, Op. Syr. 2, 396-437. - LA II, 429-511, 643-708. - LA I, 1-144.
12. *Hymni liturgici varii* apud jacobitas in codicibus liturgicis conservatis qui tamen ad summum saec. VIII attingunt. - *Ed.* : LA IV, 681-706. - LA IV, 737-46 [monologus Petri qui etiam Balaeo et Jacobo Sarugensi tribuitur] ; IV, 679-82, 705-36, 745-76.
13. *Hymni acrostici* quorum plures in liturgia maronitarum, aliqui vero apud nestorianos E. tribuuntur. - *Ed.* : AS, Op. Syr. 460-3, 485-6, 511-12, 539-44, 463-545. - *Stud.* Burkitt, 12-5, 19. - A. Baumstark, Festbrevier und Kirchenjahr der syr. Jacobiten, Paderborn 1910, p. 149-50. - Idem, Das « syr.-antiochen. » Ferialbrevier, Katholik 82 (1902) 401-27, 538-50 ; 83 (1903) 43-54.
14. Sermo *de unctione Iesu a peccatrice* in ms. saec. IX. - *Ed.* : LA I, 311-38. - *Versio graec.* : AS, Op. Graec. 2, 297-306 ; 3, 385-406. - *coptica* : I. Guidi, Bessarione 2, 4, (1897) 1-21.
15. Sermo *de sacrificio Isaaci*, in ms. saec. XI-XII. - *Versio graeca* : AS, Op. Graec. 2, 312-21. - S. G. Mercati, S. E. opp. 1, pp. 43-83.
16. Sermo *de Elia et Sarepta*, in ms. saec. IX. - *Vers. graeca*: AS Op. Graec. 3, 240-43. - Mercati 1, 201-23.
17. Duo sermones *de Job*, e quibus unus etiam Jacobo Sarugensi tribuitur. Constant in mss. saec. VIII-IX. - *Ed.* : I. E. Rahmani, St. Syr. 2, 92-115.
18. Sermo *contra iudaeos* in mss. secundi millennii. - *Ed.* : AS, Op. Syr. 3, 209-24.
19. Sermones octo *de Passione* pro usu liturgico, sed a mss. recentioribus et paucis servati. - *Ed.* : LA I, 339-566.
20. Sermo exhortatorius « *de caritate* » (mss. saec. IX). - *Ed.* : LA I, 275-310.
21. Sermo *in Isaiam* 26, 10 (mss. saec. X). - *Ed.* : AS, Op. Syr. 2, 344-50.
22. Sermo *in Eccl.* 1, 2 (ms. saec. XVI). - *Ed.*: AS, Op. Syr. 2, 338-44.
23. Sermo *de Providentia*. - *Ed.* : I. E. Rahmani, St. Syr. 2, 33-4, 36-37.
24. Sermo *de lucta Satanae contra homines* (ms. saec. X). - *Ed.* : I. E. Rahmani, op. cit. 115, 135-46.
25. Sermo *de ps.* 110, 10 (ms. saec. XVI). - *Ed.* : AS, Op. syr. 3, 629-39.
26. Exhortatio *ad patientiam*. *Ed.* : LA IV, 217-26. - Rahmani, op. cit., 2, 56-9.
27. Sermones *de paenitentia*, qui omnes in mss. recentioribus iacent excepto unico qui partim in ms. saec. VI servatus iam prius recensitus est. (N. 31) Dubii autem *ed.*: AS, Op. syr. 3, 369-87; 2, 350-9. - LA IV, 85-119, 124-40. - Rahmani op. cit. 2, 121-19. - AS Op. syr. 3, 654-87. - LA IV, 263-356.

28. Sermones varii *de ascesi monastica* (mss. recentiora). - *Ed.*: LA IV, 207-15, 225-62. - RAHMANI 2, 116-20, 48-52, 38-47, 66, 80. - P. ZINGERLE, S. E. Syri sermones duo, Brixen 1868. - idem, Monumenta syr. I, Innsbruck 1869, pp. 4-12.

29. Sermo *de Antichristo* et *novissimis* (mss. recentiora). - *Ed.*: LA III, 188-212. - *Vers. graec.*: AS, Op. graec. 2, 192-230, 247-58.

30. Sermones *de defunctis* (mss. saec. IX). - *Ed.*: AS, Op. Syr. 3, 325-95, 242-7. - I. E. RAHMANI, I Fasti della Chiesa patriarcale antiochena VII-X.

31. Sermo *exhortatorius* (ms. saec. XI). - *Ed.*: AS, Op. Syr. 2, 236-8.

32. Orationes variae (mss. recentia). - *Ed.*: AS, Op. Syr. 3, 480-1. - LA III, 211-30. - RAHMANI, St. Syr. 2, 91-2. Cfr. alias ineditas apud BAUMSTARK, 51 nota 6.

33. *Cantica matutina* 8 (ms. saec. IX). - *Ed.*: RAHMANI, ib. 2, 133-4.

34. *Cantica ad mensae benedictionem* 10 (forsan in ms. saec. VIII-IX *Brit. Mus.* Add. 17141). - *Ed.*: RAHMANI, ib. 2, 1-19.

35. *Cantica varia liturgiae nestorianae*. - *Ed.*: AS, Op. Syr. 2, 330, 536-7, 540-1. - *Vers. germanica*: J. M. SCHÖNFELDER, ThQ. 48 (1866) 189-93.

F) SPURIA

Homilia de monachis vagantibus *ed.* a A. HAFFNER, in Sitzb. Ak. Wiss. Wien 135, IX. Cfr. A. VÖÖBUS, Untersuchungen über die Authentizität einiger asketischer Texte, überliefert unter dem Namen « E. Syrus », Pinneberg 1947. - Sermo de Transfiguratione, qui est Isaaci Ant.: *vers. germanica* BKV. - Dialogus de die festo Nativitatis. *Ed.*: N. J. MARR, TuU. zur armen.-georg. Philol., Peterburg 1900. - De corpore humano, *ed.* AS, Op. Syr. 2, 316-18. - Philosophica ed. a S. SAMUEL, Halle 1893.

§ 20. Doctrina

Studium theologiae dogmaticae E., qui simul et doctor et poeta est, non est valde facile. E. enim docet canendo, et loco adhibendi terminologiam philosophicam imagines congerit et allusiones poeticas sub quibus saepe doctrina dogmatica latet. Praesertim symbola et prototypos V. Testamenti cum veritate Novi adeo intime connectit ut de tenuitate symboli ad plenam realitatem christianam fere insensibilis sit transitus. Haec autem dum attentum examen et plenam cognitionem styli et terminologiae E. requirunt, non obstant quominus doctrina dogmatica E. eximia sit et ad normas orthodoxiae accommodata. Si autem altissima capita talis doctrinae definire licet, inprimis laudanda

est doctrina de Deo Uno et Trino, de Christo et de Maria Virgine. E. a pluribus appellatus est « Doctor Marianus ».

Theologia et exegesis E. potius ad scholam antiochenam reducendae videntur. Influxus philosophiae coaevae vix adest, nec E. speculationi cuilibet indulget. Aliqua affinitas E. cum exegesi rabbinica notata est.

Studia: *Generalia*: A. HAASE, S. E. Syri theologia, quantum ex libris poeticis cognosci potest, Halis Sax. 1869. - G. RICCIOTTI, op. cit. - Idem, Alcuni punti della teologia di s. E. ,Sc. Cattol. (1924) 267-71, 344-55. - C. EIRAINER, Der hl. E. der Syrer. Eine dogmengesch. Abhandlung, Kempten 1889. - A. VACCARI, S. E. dottore e poeta, Civ. Catt. 1922, 2, 494-510. - E. BECK, E. Reden über den Glauben, Romae 1953. - *Mariologia*: J. M. BOVER, S. E., doctoris syri, testimonia de universali B. Mariae V. mediatione, ETL 4 (1927). - M. GINNETTI, Un precursore di Efeso: S. E. e la sua mariologia, Sc. Catt. 59 (1931) 28-44, 81-90, 177-89. - I. ORTIZ DE URBINA, La mariologia nei PP. siriaci, OCP 1 (1935) 100-103. - L. HAMMERSBERGER, Die Mariologie der Ephremschen Schriften, Innsbruck 1938. - P. KRÜGER, Die somatische Virginität der Gottesmutter im Schrifttum E. des Syrers, Alma Socia Christi, vol. V, Romae 1952, pp. 46-86. - M. GORDILLO, Mariologia orientalis, Romae 1954. - I. ORTIZ DE URBINA, ¿ Vale el testimonio de S. E. en favor de la Inmaculada ? EE 28 (1954) 417-22. - Idem, Dignitas regia Mariae iuxta primaevos syros, Virgo Immaculata, vol. 12, Romae 1956. 1-11. - E. BECK, Die Mariologie der echten Schriften E., OC 40 (1956) 22-40. - *Sacramenta*: E. BECK, Die Eucharistie bei E. ,OC 38 (1954) 41-67. - Idem, Le baptême chez saint E., OS 1 (1956) 111-36. - *Eschatologia*: E. BECK, Eine christliche Parallele zu den Paradiesesjungfrauen des Korans ? OCP 14 (1948) 398-405. - J. DANIELOU, Terre et Paradis chez les Pères de l'Eglise, Eranos-Jahrb. 22, Zürich 1954, pp. 433-72. - I. ORTIZ DE URBINA, Le Paradis eschatologique d'après saint E., OCP 21 (1955) 467-72. - *Varia*: S. TYSZKIEWICZ, Die Primatslehre des hl. E., Ex Oriente her. v. L. Berg., Mainz 1927, pp. 340-45. - J. M. BOVER, De S. Joseph S. E. Syri testimonia, ETL 5 (1928) 221-24. - P. KRÜGER, Missionsgedanken bei E. dem Syrer, Z. f. Missionsw. u. Religionsw. 4 (1914) 8-15. - I. HAUSHERR, Utrum S. E. Mariam Marthae plus aequo anteposuerit, Or. Christ. 31, 1, Romae 1933. - J. MICHL, E. und die neun Chöre der Engel, ThQ 118 (1937) 474-91. - X. DUCROS, Le dogme de l'inspiration chez S. E. d'après ses commentaires de l'Ancien Testament, Mélanges F. Cavallera, Toulouse 1948, pp. 163-77. - E. BECK, Das Bild vom Spiegel bei E., OCP 19 (1953) 5-24. - L. LELOIR, E. et l'ascendance davidique du Christ, in K. ALAND - F. L. CROSS, Studia patristica I, Berlin 1957, pp. 389-95.

A) De Deo Uno et Trino

Contra gnosticos dualistas defendit E. unitatem Dei cui dat titulum « itja »; iam vero syriace hoc verbum significat non sim-

pliciter « ens » secundum etymologiam vocis sed tale ens quod ab aliis non procedat, id quod graeci coaevi declarabant per « agenneton ». Iam vero E. reprehendit marcionitas et manichaeos quod etiam materiam et alias res creatas « itje » vocent. Deus est invisibilis, quare nec Moyses proprie naturam divinam vidit, et ipse Paulus caecus factus est; sed acies nostrae visionis a Deo roborari potest. Deus omnipraesens caret qualitate, quantitate et loco.

Trinitatem E. aperte confitetur « unam naturam, in uno nomine tres personas ». Haec fides fundatur in Scriptura; nec licet nomina personarum pro libitu ordinare. Hae tres personae comparantur soli, lumini et calori quae simul tria et unum sunt. Divinae personae cognoscunt se modo perfecto et peculiari. Generale criterium valet quod circa Trinitatem verba Scripturae simpliciter sumantur: ergo « Pater » est verus pater qui secundum naturam genuit Filium; huic communicat suas perfectiones.

Verbum erat ab aeterno; nec erat mera vox transiens sed verus filius, similis natura suo Patri. Contra arianos scribit: « Hoc Verbum .. ante initium et ante tempus est, quia nec dies datur nec tempus quo ipsum non erat. Verbum verum est, quod non uno tempore est et alio non est, aut aliquando non fuit et aliquando factum est, sed quod semper continuo, ab initio, ab aeternitate iam erat ». Ipse est Filius natura non adoptione. Clare affirmatur consubstantialitas Verbi cum Patre, licet non adhibeatur neque symbolum Nicaeae neque vox « homousion » aut alia analoga. Ex adiunctis tamen patet E. synodi nicaenae notitiam habuisse.

Spiritus Sanctus non est postponendus Patri et Filio. « Ut ipse [Xtus] est Deus, ita et is qui mittitur [Spiritus] Deus est. Si ideo quia Spiritum mittit [Xtus] maior esset eo, etiam Spiritus, quia duxit eum [Xtum] in desertum ut tentaretur, ipso esset maior ». Ipse non est nec filius nec soror, sed ex Patre est et eiusdem naturae. Quod Spiritus etiam a Filio procedat licet expresse non dicatur, tamen satis innuitur. Non est genuinus textus hymni de Trinitate qui adduci solet. Alius loquitur: « qui spiravit Spiritum sanctum, sputum immundum accepit » (LA II, 351-54), quod tamen directe refertur ad spirationem factam in discipulos post Resurrectionem. Alius habet: « Inde ex natura sua [Xts] pignus verum, Spiritum Paraclitum, pignus vitae in eos demisit ». Sed ibi loco « ex » syriacus habebat indubie « men » quae particula vel significat Spiritum esse e natura Xti vel missum esse e loco suo naturali; ergo pro directa affirmatione deest certitudo.

B) De Christo Domino

Verbum incarnatum est ut victoria melius appareret et ut manifestaret se non ex invidia prohibuisse accessum Adami ad divinitatem. Venit et carnem induit « ut per id quod apprehenditur apprehenderetur id quod apprehendi non potest, et per id quod non apprehenditur caro se averteret ab eis quae eam apprehenderant ». Contra docetismum gnosticorum saepe E. inculcat veram fuisse et humanam carnem Christi. Sed non solum corpus induit, nam contra « scrutatores » asseritur animam etiam humanam ab eo assumptam esse.

Etiam post incarnationem Christus est Deus, nec corpore circumscriptus erat sed extendebatur usque ad Patrem. Xtus., qui identificatur cum praecedenti Verbo, est subiectum omnium praedicationum. E. adhibet saepe communicationem idiomatum. « Hoc Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Dehinc ergo quodcumque post impletum hoc verbum in Scriptura de Verbo audieris, non de mero soloque Dei Verbo intelliges, sed de Verbo quod carne indutum est, id est narrationes sunt mixtae, divinae sunt omnes et humanae, excepto illo primo et principali omnium ».

In Christo inconfusae fuerunt divinitas et humanitas. « Obtulerunt[magi]ei munera, aurum humanitati eius... et thus divinitati eius ». « Sicut ignominiae subiecta est divinitas eius in humanitate sua, sic honoravit humanitatem suam in divinitate ». « Divina eius natura humanam commendavit, nam illa hanc in passione deseruerat et reliquerat. Non ita ab humanitate discessit divinitas ut ab ea abscinderetur, sed per virtutem suam ab occiso et occisoribus abscondita est... » « Natus est Deus homini unitus, non nativitate personae suae, sed nativitate naturae desponsatae, cui nasci secundum carnem naturale est. » « Carnem ab hominibus assumpsit, ut humanitas ad suam divinitatem pervenire posset, et divinitatem ostendit ne eius humanitas contemneretur ». Interdum humanitas dicitur vestimentum divinitatis.

Humanitas et divinitas intime inter se unitae erant. Divina natura Verbi ineffabiliter unita est omnibus partibus animae et corporis. Interdum adhibentur voces « mixtio » et « miscere » ad exaltandam illam unionem, quae tamen voces non licet interpretari in sensu confusionis naturarum, si alii etiam textus conferantur. « Cur quaeritis me occidere? Tres nempe ordines sunt Domini nostri: primus divinitatis solius, secundus divinitatis et humanitatis per mixtionem, tertius humanitatis solius ». « Certe

et homo est et Deus, quia humanitas eius mixta est cum divinitate eius ». Nemo admirabitur quod E. adhuc expresse non usurpet formulam « unum prosopon[qnuma] et duae naturae [kjane] ».

Commentans illud : « Non sicut ego volo sed sicut tu » alludere videtur. E. ad duas voluntates in Xto. ubi tamen concordia cum voluntate Patris manifesta fit.

Soteriologia apparet maxime in Commentario in Paulum, qui confirmat Deum pro omnibus mortem gustasse. Salus vero perfecta est ope passionum et sacrificii Christi.

C) *De Maria Virgine*

Etsi E. non usurpet vocem « Deipara », tamen divinam maternitatem Mariae satis clare docet. « Maria sola erat genitrix Unigeniti ». « puer eius [Mariae] est Dominus angeli ». « Maria peperit vivificatorem », qui textus e Commentario in Diatessaron sumuntur.

Virginitas ante partum et in partu aperte affirmatur, sed quod magis mirandum est, primus E. refutat in eodem opere argumenta eorum qui aiebant Mariam post Incarnationem virginitatem in commercio cum Iosepho amisisse. Obiectiones vero sunt quod in Evangelio dicatur : « Donec peperit.. », quod appareant « fratres » Iesu. Optime ad haec respondet et ita concludit : « Concepit Virgo et peperit Emmanuelem et amplius non peperit ».

Primus E. textum profert qui implicite sed directe Conceptionem Mariae ab omni peccato immunem dicit. « Tu solum et Mater tua sub omni aspectu boni (pulchri) estis ; nulla enim labes in te, Domine mi, et nullae maculae in Matre tua » (Carm. 27 Nisibenum). Ergo omnis macula moralis excluditur a Xto aeque ac a Maria, et quidem ita ut ipsi soli hoc privilegio gaudeant. Igitur non agitur de mera virginitate aut de communi sanctitate aut de sanctificatione in utero. Aliqui recentes auctores putarunt textum vi carere ideo quod E. naturam peccati originalis non bene perspexerit. Sed vis manet nam E. peccatum originale, quod per baptismum tollitur, saltem ut maculam considerat.

Mariae concursus in Redemptionem non semel ab E. illustratur, qui insistendo in iam nota antithesi Eva-Maria scribit : « Eva peperit occisorem, ideo Maria peperit Vivificatorem. Ista peperit eum qui effudit sanguinem fratris sui, sed haec peperit eum cuius sanguis effusus est a fratribus suis. Ista vidit eum qui tremebat et profugus erat propter exsecrationem terrae, et haec eum qui sustulit exsecrationem et clavis affixit eam in ligno crucis ». « Cum enim benedicta in mulieribus esset Maria,, per eam soluta sunt maledicta quae ab initio (erant), quibus in doloribus et maledictis paritur filius ». (Comment. in Diatessaron.). Alibi E. scribit : « Eva, mater omnium viventium fuit fons mortis pro omnibus viventibus ; sed floruit Maria, nova vitis prae vite antiqua Eva, habitavitque in ea Vita nova, Christus, ut morte pascente et accedente confidenter pro more, ei in fructu mortali occultaretur vita mortis destructiva » (Serm. de Dom. N.)

Regia dignitas Mariae satis ab E. innuitur et quidem exinde repetita quod Maria, filia Davidis, Mater Regis Regum fuerit. Aliquae imperfectiones, inter quas gladius dubii in Calvario, a Commentario in Diatess. Mariae tribuuntur.

D) *De creatione*

Deus non potuit non creare, nam « si ipse potuit et tamen non creavisset monstrasset nobis malitiam ».

Diaboli versantur subtus caelum nec possunt ascendere ad regionem angelorum.

Homo constat corpore, anima (nepheš) et spiritu (ruḥa). « Spiritus habitat in capite ; verbum eius in ore, et anima est utriusque mediatrix in omni re ».

E) *De peccato et gratia*

E. docet peccatum Adae transiisse in omnes homines. « Cum autem ex perditione Adae res creatae humilitatem eius induissent, teste Apostolo : Creaturae subiectae sunt vanitati, Filius Creatoris ad eas sanandas venit, ut in suo adventu maculae earum per baptismum mortis suae tolleret » (Comm. in Diat.) « Quemadmodum primus ille [Adam] seminavit immunditiae peccatum in corpora munda et sepultum est fermentum malitiae in universam massam nostram, sic Dominus noster seminavit iustitiam in corpus peccati et fermentum eius massam nostram commutavit ». Hoc fermentum Adae est etiam apud infantes : « exploravi eos singulos ab utero et vidi in iis fermentum nostrum ». Xtus. baptizatus est in iustitiam, quia sine peccato erat, sed ipse baptizavit in gratia « quia reliqui homines peccatores erant ».

Gratia necessaria est ad salutem. « Nec enim nisi tua deducente gratia me illuc (in Paradisum) perventurum confido ».

F) *Eschatologia*

Poenae inferni erunt aeternae.

In die iudicii ipsae « res creatae renovabuntur ».

Non liquet utrum E., cum Aphrahate, hypnopsychiam teneat. « Omnibus est una via, fratres mei : a nativitate usque ad mortem et a morte usque ad resurrectionem ; sed inde incipiunt duae viae ». Tamen ipse ait ; « Sub terra sunt cadavera et corpora sepultorum et in caelo sunt iusti. Ecce enim utrumque portat deposita hominum ».

Caelum pro E. est ipse paradisus Adami in quem tamen iusti intrare non possunt ante resurrectionem. Interea requiescunt in saeptis et quasi in suburbio Paradisi. In Paradiso vero erit contemplatio Dei. E., qui ignorare videtur Apocalypsin, haec elementa sumpsit probabilius e doctrinis iudaeochristianis. E. invocat intercessionem sanctorum.

G) *De Ecclesia*

Ecclesia est una, est corpus Christi perfectum eiusque imago. « Ipsa dona Spiritus velut membra sunt, quae fiunt in augmentum corporis Ecclesiae, ut in charitate perficiatur aedificatio eius ». Ecclesia est in magisterio infallibilis, sancta et perpetua.

Saepe asseritur ab E. Petrum fuisse « principem » et « caput » apostolorum et « fundamentum Ecclesiae ». Petrus postquam ter Domino amorem testatus est « postquam charitatem suam quasi pignus dedit, Ipsius oves accepit ut pasceret ».

Nihil de sede romana.

H) *De Sacramentis*

Baptismus est necessarius. Christus, B. Virgo et apostoli baptizati sunt. « Aqua expiationis nostrae non ipsa sanctificat, sed nomina, quae super eam commemorantur, haec fiunt expiatores nostri ». Baptismus tollit maculas, dimittit poenas.

Clara habentur de praesentia reali in Eucharistia. « Corpus et sanguinem eius tangimus, quod est pignus vitae nostrae ».

Effectus extolluntur : « Corpus eius pro fructu illius arboris manducavimus, et mensa eius pro paradiso voluptatis nobis facta est, et iusto eius sanguine maledicta a nobis abluta sunt ». « Panis intravit et compensavit damnum aviditatis Adami ». « Per unum corpus quod accipimus unum corpus efficimur ». « Corpus omnia corpora sanctificans ». De necessitate vero : « Qui non comunicat nec participat huic sacramento non habet vitam ». Eucharistia est simul sacrificium. « Etenim pro sacrificio omnium animalium quod in Jerusalem tantum offerebatur, ecce in toto orbe corpus vivum in hostiam vivam hodie offertur ».

Unctio dabatur in baptismo. De unctione infirmorum agitur quando asseritur periodeutes venire ad infirmum : « Orant ; unus spirat in te, alius signat te », quod probabilius dicitur de extrema unctione.

Paenitentia sacramentalis datur post baptismum. « Macula culparum post baptismum admissarum abluitur lavacro laesorum ». Haec vero peccata « laboribus reduplicatis » remitti possunt.

Matrimonium est « purum et decens si iuxta legem, impurum et inhonestum si illegitime fiat ».

Ordinis consecratio non peribit. « Transmisit eam Dominus noster apostolis et ea quae est in nostra Ecclesia est continuatio eius ».

Caput IV

ALII SCRIPTORES EDESSENI SAEC. IV

§ 21. Aithallah.

Fuit ep. Edessae (an. 324/5-345/6) et ut talis adfuit Concilio Nicaeno (cfr. Nomina episcoporum). In pervetusta versione armenica, quae medio saec. V facta esse videtur, conservatur epist. A., secus in syriaco sermone amissa, « ad christianos in Persarum regione de fide ». Eius authentia communiter admissa est, quae tamen hucusque examini non est subiecta.

Post brevem narrationem de his quae evenerunt in Concilio Nicaeno, ubi Constantinus christianam fidem professus est, tradit formulam fidei quae a recensione genuina multum verbis discrepat. Immo non desunt formulae, ut « tres personae habent simul unam eandemque substantiam ac naturam «, « tres personae consubstantiales » quae potius ad theologiam postnicaenam pertinere videntur. Proponitur ergo series propositionum orthodoxarum de Trinitate inter quas non deest clara affirmatio divinitatis Spiritus Sancti. Dein alluditur ad decretum de die Paschatis. Postea, copiosis textibus Scripturae adductis, illustratur thema Incarnationis et quaestiones de relatione Christi cum ceteris personis Trinitatis. Tandem agitur de naturis angelorum et daemonum et deducitur « nihil natura bonum aut malum esse »; quae omnia etiam contra gnosticos scripta videntur.

Ed. vers. antiquae armenicae: J. Thorossian, Venetiis 1942 [cum *vers. latina*].
Studia: Baumstark 31.

§ 22. ʻUda seu ʻUdai.

ʻU. qui a graecis « Audaios » vocatur, archidiaconus erat Edessae tempore concilii Nicaeni (325); qui propter praescripta circa diem

Paschatis ab Ecclesia recedens sectam audianorum condidit. Dicitur plures apocryphas apocalypses composuisse quae gnosi et astrologiae indulgebant, si e paucis extractis et e testimonio veterum historicorum iudicare licet.

De U. narrant Ephraemus, (adv. Haeres. 24). Theodoretus H. E. 4,10; haeres. fab. compend. 4,9, Socrates H. E. 5,23, Epiphanius Panar. 70, Theodorus bar Koni Lib. Schol. 2, p. 319-20.

Breves citationes U. inveniuntur apud Theodorum bar Koni op. cit.

Studia: E. Nestle, ZNTW 3 (1902) 166.

§ 23. Asuana.

A. fuisse monachum Edessae saec. IV eumque ob hallucinationem praecipitem ruisse necnon hymnos « madraše » composuisse qui « usque in hanc diem decantantur » narratur a Philoxeno in epist. ad Patricium. Iam vero A. fuisse magistrum Ephraemi atque auctorem cuiusdam hymni funebris qui inter dubia opera Ephraemi a ms. saec. IX traditur, cum solum ab Antonio Rhetore Tagritensi an. 825 asseratur et in coaevo ms. *Vat. Syr.* 92 an. 823 confirmetur omnino incertum est.

Ed. hymni [cum vers. lat.] inter Ephraemi, AS, Opera Syr. 3, 324 ed. Assemani. - I. E. Rahmani St. Syr. 4, XXVII-III (74-75).
Ed. fragm. epist. Philox. ibidem XXVII (73).
Studia: Baumstark 29.

§ 24. Zenobius e Gazir.

Scimus Z. fuisse discipulum Ephraemi, diaconum Edessae, et contra Marcionem tractatum scripsisse. Cum nihil restet syriace, armenice tamen conservantur duo sermones de traditione Judae, unus in laudem Meletii seu Melitii antiocheni et alter de quodam martyre. Cum Meletius an. 381 sit mortuus, ergo Z. post illum annum obiit.

Ed. vers. arm.: Handes Amsorya 35 (1921) 545-55; 36 (1922) 73-80.
Studia: Baumstark 66.

§ 25. Aba.

A. discipulus s. Ephraemi composuit commentarium in Diatessaron, sermonem « de athleta Joab » et explanationem psalmorum. Conservantur aliqui versus paraenetici metro pentasyllabico et alia minuscula fragmenta.

Ed. : Th. LAMY, S. Ephraemi Syri hymni et sermones 4, 87-8. - F. NAU, ROC 17 (1912) 69-73. - J. R. HARRIS, Fragments of the commentary of Ephrem Syr. upon the Diatessaron pp. 92-94 [citationes Diatessaron].
Studia : BAUMSTARK 66.

§ 26. Vita Eusebii Samosateni.

Anonymus auctor syrus composuit hanc biographiam paulo post mortem E. ep. Samosatae, qui propter orthodoxiam fidei sub Constantio, Iuliano Apostata ac Valente plura subiit. Ab exilio tandem reversus mortuus est an. 380.

Ed. : P. BEDJAN, AMS 6, 335-77.
Vers. arabica recens : G. MAS'UD, Al-Mağalla al-Batriarkīja as-Surjānija (Jerus.) 4 (1937) 290-98.

§ 27. Cyrillonas (Qūrillōna).

Nulla omnino restat notitia biographica poetae C. ; sed recenter inventa sunt in ms. saec. VI — *Brit. Mus.* Add. 14591 — sex carmina quae tali auctori tribuuntur, quaeque elegantia et ingenio adeo eminent, ut iure C. alter Ephraem appellari possit. Ex scriptis eruitur C. fuisse saltem diaconum, probabiliter etiam presbyterum, eumque sive in Syria sive probabilius prope Edessam vixisse. Ad determinandam eius chronologiam notetur carmen de bello Hunnorum compositum esse an. 396. Non probatur C. fuisse illum Absamiam, filium sororis s. Ephraemi.

SCRIPTA

Primum carmen est oratio occasione irruptionis Hunnorum quam C. acribus coloribus depingit. Secundum canit conversionem Zachaei. Tertium, lotionem pedum apostolorum a Domino factam. Quartum, et quintum, Christi Pascha. Sextum agit de tritico.

Editio : G. BICKELL, ZDMG 27 (1873) 566-98. Cfr. idem, ibid. 35 (1881) 531 s.

Versio germanica : G. BICKELL, Ausgewählte Schriften syr. Dichter C... BKV (Landersdorfer) 6, 1-54.
Studia : I. ORTIZ DE URBINA, La mariologia dei Padri siriaci, OCP 1 (1935) 110-11.

DOCTRINA

Inveniuntur in hymnis C. testimonia quae ad historiam dogmatum non levis sunt momenti.

C. confirmat doctrinam Ephraemi de immunitate Mariae a peccato etiam originali : « Serpens miscuit occulto peccatum cum sanguine mortis et porrexit Evae mixturam ; ne auten illa abhorreret a potu dedit ei bibere culpam peccati sub specie amicitiae. Dominus noster miscuit vinum sanguine suo, addidit pharmacum vitae et infudit illud ; intemerata gustavit illud, descendit et superavit mortiferum sal mortis ».

Confirmatur et doctrina primatus Petri ; nam loquens Christus ad Petrum renitentem lotionem pedum, sic ait : « Si hoc contingere non potest, non habebis partem in throno meo. Si hoc non potest accidere, redde mihi claves, quas ego tibi commisi. Si hoc contingere non potest, auferetur a te potestas tua ». « Tibi, Petre, clavis regni caelorum (erit) » ait Christus in Coena paschali.

Docentur a C. invocatio martyrum et veneratio reliquiarum, sacrificium eucharisticum et praesentia physica Christi in Eucharistia. « Dominus noster obtulit primum corpus suum ; venite manducate panem gratiae ». « Videte, ego sum hic omnino vere ; sed simul vos manducatis me etiam omnino vere ».

Christologia C. videtur esse orthodoxa, licet adhibeat locutiones quae monophysismum redolent, quae tamen licentiae poeticae tribui possunt. Ipse clarissime affirmat unitatem personalem Christi et communicationem idiomatum : « Ille, quem vos (Prophetae) dixistis esse quasi ignem et spiritum, flammam omnipotentem, invisibilem... ille de quo dixistis angelos velare prae timore eius facies suas... ille idem factus est servus ». En illas difficiliores locutiones : « Caelum exspectat me, (exspectat) me ascendere et mecum portare corpus terrenum, quod per gratiam Deus factum est ». « In vite corporis sui latet dulcedo divinitatis. In vite corporis sui inserta est propago humanitatis nostrae ». Tamen alibi videtur innui diversitas naturarum : « Thronus exspectat me ascensurum et supra eum sessurum et mecum positurum humiliatum Adam, qui nunc iterum exaltatur ». « Verbum eius induit se corpore ».

Caput V

SCRIPTORES SYRI OCCIDENTALES SAEC. V ET INEUNTE SAEC. VI

Valde heterogenei sunt scriptores hoc capite recensiti; dum enim de aliquorum orthodoxia omnino constat alii erroribus sive nestorianis sive monophysiticis inquinati sunt aut sub suspicione heterodoxiae hucusque fuerunt. Nobis criterium fuit quod hi auctores saltem in pace cum orthodoxa Ecclesia sint mortui. Non desunt profecto scripta anonyma heterodoxa ut est messalianorum « Liber Graduum » et aliqua apocrypha.

Saec. V est epocha transitionis. In Schola Edessae praeparatur fermentum nestorianum quod hoc ipso saec. in Scholam Nisibis transfertur. Ex parte adversa monophysismus, aliquando imperiali favore gaudens, ipsos scriptores syros paulatim invadit, maxime illos qui minus ab Antiochia distabant.

§ 28. « Liber Graduum ».

Antiqui codices, quorum vetustissimi sunt *Brit. Mus.*: Add. 14578 et 14612 e saeculis VI-VII, continent collectionem 30 sermonum qui sub titulo L. G. traduntur. Ignotus auctor opus exaravit circa finem saec. IV aut initio V., uti e citationibus « Diatessaron » e collatione doctrinae et ex allusionibus ad facta coaeva deduci posse videtur. Probabilior sententia est opus prodiisse in Syria.

Sermones agunt de rebus moralibus et asceticis et constituunt quasi directorium alicuius sectae quae, licet quandam similitudinem cum Messalianis prae se ferat, tamen discriminibus non levibus ab eis separatur.

In 1. Sermone proponit diversa esse legis divinae praecepta. « Magna » porro in 2. exponuntur, nempe humilitas, paupertas et

castitas. In 3. laudatur continua oratio simul cum ieiunio et institutio doctrinae; proponuntur gradus unionis animae cum Deo. In 4. commendatur mansuetudo in correctione. In 5. « infantes » seu debiles spiritu monentur ne cum peccatoribus commisceantur. In 6. adumbratur perfectio quae ducit nos ad innocentiam adamiticam et ad visionem beatificam. Sermo 7. contra superstitiones: 8. extollit amorem inimicorum supra ipsum martyrium: 9. de « iustis et de caritate iustorum » ubi de iustis V. Testamenti: 10. de tentationibus diaboli: 11 et 12. de criteriis pro intelligentia S. Scripturae: 13. et 14. de conversatione iustorum: 15. de concupiscentia carnali; 16. de progressu in oboedientia mandatorum: 17. de amore inimicorum ad exemplum Christi: 18. de contritione peccatorum. Sermo 19, distinguit inter viam perfectionis rectam et brevem sed arduam et semitas faciliores quae tamen ad solam salutem non ad perfectionem deducunt. Sermo 20. de gradibus ad perfectionem agit: 21. de lapsu protoparentum: 22. de sanctionibus V. T. nunc deletis: 23. de obduratione peccatorum: 24. « de paenitentia » contra renuentes illam et de gradibus culparum et praemiorum: 25. contra illos solitarios qui dediti erant misericordiae corporali cum detrimento spiritus: 26. contra abusum rerum terrae: 27. contra « perfectos » vagantes et fastuosos. In serm. 28. defendit animam non esse sanguinem: in 29. exhortatur ad castigationem corporis et in 30. iterum opera caritatis operibus fidei praefert et insistit in sua distinctione inter iustos et perfectos.

Editio: M. Kmosko, PS III.
Versio latina: *ibid.*
Studia: A. Rücker, Zitate aus dem Matthäus-Evangelium im syrischen « Buche der Stufen », Bibl. Z. 20 (1932) 342-54. - I. Hausherr, Quanam aetate prodierit « L. G. », OCP 1 (1935) 496-502 (contra Kmosko, qui est pro primis decenniis saec. IV).

Doctrina

Agens de Trinitate L. G. sententias profert quae sabellianismum sapiunt.

Distinguit inter mundum spiritualem invisibilem et mundum et eventus visibiles qui semper imaginem rerum spiritualium praebent.

Homo constituitur corpore et spiritu, quibus accedit Spiritus Paraclitus. Adam in statu innocentiae creatus carebat concupiscentia et conditione « spirituali » versabatur, orans et cum angelis collo-

quens, in « lege perfectionis ». Lapsus est et ad terrena conversus expertus est concupiscentiam; Deus ei humanitati in V. T. imposuit « legem iustitiae ». Peccatum originale consistit in concupiscentia. Ergo per redemptionem Christus non destruxit peccatum sed per suam doctrinam dedit nobis adiumenta quibus per abnegationem concupiscentiae liberaremur a peccato. Per hanc purificationem a concupiscentia anima recipit gratiam quae vel eam ad continentiam et orationem paradisiacam reducit (« charisma magnum », Paraclitus) conferens perfectionem vel solam iustitiam per commixtionem Spiritus Sancti quae etiam vitae matrimoniali adaptatur. L. G. sacramentorum virtutem debilitat cum concupiscentiam non extinguant. Etiam in doctrina de novissimis detegitur influxus gnosticismi.

Tota quanta ethica L. G. insistit in liberatione a concupiscentia. Sola resurrectio restituet nos ad innocentiam Adami.

§ 29. Balaeus (Balai).

Notus poeta syrus qui videtur chorepiscopus fuisse et qui prima medietate saec. V floruit. Ex eius scriptis deducitur eum in Syria et non longe a Beroea (Aleppo) adlaborasse. Non ante an. 432 mortuus est, nam postumas laudes canit Acacii Beroeae, qui illo anno decessit. Desunt e contra argumenta ad affirmandum B. fuisse auctorem hymni in Simeonem Stylitam (+ 459) et proinde ad illud usque tempus vixisse.

Scripta

Non facile est authentica B. scripta definire; cum enim ipse versibus pentasyllabis saepissime usus sit, interdum quidquid tali metro compositum erat « iuxta Balaeum » dicebatur. Notandum insuper non fuisse B. inventorem metri pentasyllabi, quod iam ab Ephraemo usurpatum est. In principio aliquorum hymnorum liturgicorum apud syros occidentales et maronitas legitur « Qui peccatorum misereris », quod initium neque constat esse B. neque probat sequentes versus eiusdem esse auctoris.

Certe authentica sunt 1) pulchrum carmen in occasione consecrationis ecclesiae in Qennešrin (prope Beroeam) 2) carmen necrologicum in honorem Acacii episcopi Beroeae (ms. *Brit. Mus.* Add. 14591, saec. VI).

Editio: J. J. Overbeck, S. Ephraemi syri, Rabulae, Balaei aliorumque op. selecta, Oxonii 1865, pp. 251-69.
Versio germanica: G. Bickell, Ausgewählte Gedichte der syrischen Kirchenväter... in BKV, Kempten 1872, pp. 65-108; S. Landersdorfer, BKV 6, 55-99.

Dubie authentica sunt illa quae in Officiis iacobiticis et maroniticis B. tribuuntur. Antiquitas mss.: saec. X.

Editio: J. J. Overbeck, op. cit. pp. 331-5. - K. V. Zettersteen, Beiträge zur Kenntnis der religiösen Dichtung B.'s, Leipzig 1902, pp. 1-33.
Versio germanica: K. V. Zettersteen, op. cit. 13-36. - G. Bickell, op. cit. pp. 102-8; Landersdorfer 89-99.

Probabilius B. sunt 12 Memrē in honorem Josephi aegyptii, pulcherrimum poema quod etiam Ephraemo tributum est.

Editio: Th. J. Lamy, S. Ephraem Syri hymni et serm. III, pp. 249-640; IV, 791-844.
Versio latina: Th. Lamy, ibid.

Probabilius spuria sunt illa carmina quae B. a codicibus saeculo IX non prioribus tribuuntur, inter quae recensentur hymni in Faustinum et Metrodoram (*ed.* G. Bickell, ZDMG 27 (1873) 599-600) in s. Georgium et in mortem Aaronis (*ed.* J. J. Overbeck, op. cit. 336).

Doctrina

Studia: Baumstark, 61-63. - I. Ortiz de Urbina, Dignitas regia Mariae apud primaevos syros, Virgo Immaculata, vol. XII, Romae 1956, pp. 2-5.

Consideremus inprimis carmina certo authentica. In his elucet doctrina de praesentia reali corporis Christi in Eucharistia, cuius natura sacrificii liquet. « Nos accipimus eum cum fiducia ut cibum ». « Corpus eius est visibile, tamen ignis [= spiritus] eius occultus ut manus hominis eum non formidet ». « (Sacerdos) sumit panem, dat corpus: accipit vinum et distribuit sanguinem ». « Ipse (Spiritus) accipiat vota in unione sacrificii (in Missa) ». « Omnipotentia tua vivens habitat in pane ». De christologia pauca sed orthodoxa. « Stella eius significat divinitatem et indicat occultum et manifestum in eo. Eam viam monstrasse significat divinitatem: eam se in stabulum humiliasse, eius humanitatem ». « Tu, Domine,

subiecisti te humiliationi, sinui materno et stabulo, cruci et sepulchro ». « Tu exaltasti genus nostrum et humiliasti gloriam tuam ». « Ego (oh Salvator !) memor fui crucis tuae ». Primus textus innuit duas naturas. Postremi autem cum modo loquendi nestorianorum vix componi possunt.

In scriptis dubiis B. habetur testimonium suffragii pro animabus mortuorum. « Patet intelligentibus, mortuis prodesse vigilias et missas et thuribulum propitiationis, quando sacerdos nomina eorum coram altare commemorat ». Habetur pariter testimonium primatus Petri etiam in rebus magisterii. « Beatus es tu, electe, caput exercitus, Simon ! Nam Dominus et Deus tuus dedit tibi salutem et vocatus es ab eo petra et fundamentum. Per preces tuas, electe, apostole Petre, vitatae sunt ab Ecclesia dissensiones et contentiones ».

§ 30. Apocrypha de Transitu Mariae.

Antiquissima restant fragmenta syriaca scripta exeunte saec. V aut ineunte VI, ita ut concludendum sit aliquam saltem e diversis recensionibus de T. M. esse coaevam Decreto Gelasiano interdicenti « Transitum Mariae ».

Narratio de obitu, de funeribus, de sepultura et de assumptione Mariae has habuit diversas recensiones apud syros :

a) Aliqua fragmenta inventa sunt in palinpsesto saec. V aut initio VI. Opus constat 5 libris. In 3º sub fine adeo confusa fit narratio, ut videantur apostoli sepelire corpus Mariae priusquam moriatur. Liber 4 narrat funera acta in caverna. Alloquitur omnibus Spiritus, qui describit Annuntiationem etc. Apparent Eva, Anna, Elisabeth et Adam salutantque Mariam. Repente currus ignei de coelo descendunt. Fit praesens Christus qui ad Mariam loquitur. Haec osculatur eius manus et moritur. Corpus paratur ad sepulturam ; sed 12 currus elevant apostolos ad paradisum in quo Mariam assumptam contemplantur. Reversi in terram apostoli iubent ter in anno commemorationem Mariae fieri. Cuidam Ioanni mandatur haec omnia scribere. Liber 5 narrat fuse Ioannem et Petrum visitasse Mariam in paradiso.

Ed. : W. Wright, Journal of Sacr. Liter. 6-7 (1865) [e ms. *Brit. Mus.* Add. 14484 saec. VI ; cum *vers. angl.*]. - [palynpsesti] A. Smith-Lewis, Apocrypha syriaca, St. Sin. 11 (1902) 22-115 [*vers. angl.* 12-19].

b) Quae duas habet formas : 1ª in ms. saec. X : 2ª in mss. saec. XII et XIII. Haec dependet a prima et utraque habet communem diversum fontem vetustiorem. Haec recensio citat « Testamentum Adami ». In forma 1ª non protenditur usque ad mortem Mariae. Formae 2. duo habentur fragmenta. In primo, codicis saec. XIII, narratio excidit ubi apostoli corpus Mariae in sepulcro collocant. Omnia fere concordant cum recensione *a*). In secundo ms., saec. XII, apparent currus ignei ; apparent et sancti. Corpus Mariae assumitur in coelum. Apostoli regressi de paradiso veniunt ad montem Oliveti et commemorationem Mariae decernunt.

Ed. : W. Wright, Contributions to the apocryphal Literatur of the N. T., London 1865 pp. 27-33 [*vers. angl.* 18-24].

c) Iuxta hanc recensionem apostoli simul cum Anna, Elisabeth, Eva et Adam, ad Mariam veniunt. Cadaver Mariae ab apostolis in sepulcrum portatur. Petrus loquitur. Repente apparent currus ignei. Corpus Mariae supra currum collocatur. Omnes simul cum Maria in coelum rapiuntur. Dein revertuntur Ierusalem narrantque iudaeis assumptionem Mariae. Iudaei vident sepulcrum vacuum : aliqui ex eis credunt. Haec narrantur in completa biographia Mariae quae in ms. XIV saec. invenitur ac 6 libris constat.

Ed. : E. A. Wallis Budge, History of the blessed Virgin Mary and the likeness of Christ which the Jews of Tiberias made to mock at (2 voll.), London 1899, pp. 97-153 [cum vers. angl.].

d) Est satis ab aliis independens. Duo servantur fragmenta. In primo funera Mariae, in secundo mors et exsequiae describuntur. In primo Christus requirit Michaelem cui iubet ut corpus Mariae supra nubes ferat. Hae vero illud in coelum portarunt. In secundo Christus Mariae apparet, quae ultima verba dicit ac moritur. Eius anima Michaeli traditur. Petrus Christo loquitur fitque funerea processio. Iudaei caeci sanantur et contactu baculi a Petro dati quinque mille aegroti sanantur.

Ed. : W. Wright, Contributions etc. op. cit. pp. 42-51, 10-15.

Studia : F. Haase, Literarkritische Untersuchungen zur orient.-apokryphen Evangelienliteratur, Leipzig 1913, pp. 77-87. - Baumstark 98-99. - P. Hindo, Disciplina antiochena antica. Siri, t. IV, Città del Vaticano 1943, pp. 421-44 : L'Assomption dans la liturgie syrienne. - C. Balić, Testimonia de assumptione B. M. V. Mariae ex omnibus saecu-

lis, tom. I, Roma 1948, pp. 30-37. - M. GARCIA CASTRO, Los apócrifos asuncionistas, Ciencia Tomista 77 (1950) 145-75. - M. GORDILLO, Mariologia orientalis, Roma 1954, p. 204.

§ 31. Spelunca Thesaurorum.

Sub hoc titulo (syr. Meʿarrath gazzē) notum est opus quod ad modum cuiusdam Historiae sacrae, pluribus legendis immixtae, narrat summa capita Veteris et Novi Testamenti ad usum popularem. Praeter Scripturam, ignotus auctor, probabiliter e schola s. Ephraemi, adhibet notitias e textibus cuneiformibus babylonensibus e libris hebraicis praechristianis, ut est Apocalypsis Moysis et Liber Enoch, et e christianis libris, ut est Liber Adami et Evae. E S. TH. dein pendent alia apocrypha v. gr. Testamentum Patris Nostri Adami et Liber Apis.

Cum S. TH. tum apud iacobitas tum apud nestorianos prostet, prima origo eius ad initium fere saec. V praemittenda videtur. Nobis vero nota editio medio saec. VI facta videtur. Opus cognovit versiones orientales et largiorem influxum exercuit.

Substratum argumenti est historicum. Titulus vero provenit ex episodio narrato, nempe Adamum in quadam spelunca aurum, myrrham et incensum abscondisse quae posterius a magis Iesu oblata sunt. Non exigui momenti traditiones in S. TH. continentur; sic magos reges tres fuisse, Hôrmizdadh, Izgarad et Perôzādh qui cum in Chaldaea essent et splendidum astrum duobus annis ante ortum Iesu vidissent, consulto Libro « Revelationis Nimrod » recognoverunt regem natum esse in imperio graecorum.

Ed.: C. BEZOLD, Die Schatzhöhle, Leipzig 1883.

Versiones: *arabica vetus* et *germanica*: Idem, Leipzig 1888. - *anglica*: E. A. WALLIS BUDGE, The Book of the Cave of Treasures, London 1927.

Studia: BAUMSTARK, 95. - A. GÖTZE, Die Schatzhöhle. Überlieferung und Quellen, Sitzungsb. d. Heidelb. Ak. d. Wiss. Phil. Hist. Kl. 1922 n° 4 - Idem, Die Nachwirkung der Schatzhöhle, Ztschr. f. Semit. 3 (1925) 33-71.158-77. - Z. AVALICHVILI, Notice sur une version géorgienne de la Caverne des Trésors. ROC 26 (1927-28) 381-95.

§ 32. « Testamentum Patris Nostri Adam ».

Solum per duo aut tria fragmenta notum, est scriptum apocryphum quod ab alio pariter apocrypho « Spelunca thesaurorum » pendet. Contra opinionem E. Renan, scriptum non est gnosticum sed orthodoxum, saltem in fragmentis. Quorum duo priora conservantur in cod. *Mus. Brit.* Add. 14624 saec. IX dum tertium, quod de muneribus angelorum agit et probabilius non est sumptum e T. P. N. A., constat in solo ms. *Vat. Syr.* 164 an. 1702. Primum fragmentum distribuit Horas et adorationes singularum creaturarum.

Editiones: E. RENAN, Fragments du livre gnostique intitulé Apocalypse d'Adam, ou Pénitence d'Adam, ou Testament d'Adam, JA 2 (1853) 427-71. - M. KMOSKO, PS II, 1308-60.

Versiones: *aethiopica*: C. BEZOLD, Festschrift Nöldeke, Giessen 1906-*arabica*: *idem*, ibidem. - *anglica*: E. A. W. BUDGE, The Book of the Cave of Treasures, London 1927, pp. 242-48. - *gallica*: RENAN, op. cit. - *latina*: KMOSKO op. cit.

Studia: BAUMSTARK, 95-96.

§ 33. Rabbula ep. Edessae

Vitae R. praecipuus fons est biographia antiqua syriaca a sacerdote edesseno probabiliter coaevo exarata; eius tamen auctoritas, forsan nimio rigore, a P. Peeters impugnatur.

R. natus in Qennešrin a patre ethnico et matre christiana educatus est litteris graecis et invitatus ut se ad christianismum converteret. Ipse vero, qui munus aliquod publicum acceperat, initio restitit. Deinde autem motus sermonibus et prodigiis Abrahami « reclusi » et ab Eusebio Chalcidis et ab Acacio Beroeae instructus, Hierosolymam venit et in Iordane baptizatus est. In patriam reversus, reliquit bona sua et familiam et inchoavit vitam monasticam. Mortuo Diogene ep. Edessae, episcopi antiocheni, inter quos Acacius, congregati apud Alexandrum ep. Antiochiae elegerunt R. ep. Edessae (an. 415 ca).

Tempore R., Ibas, rector Scholae Edessae, promovit doctrinam amici Theodori Mopsuesteni, dum R. potius illi adversarius erat, non vero Diodoro Tarsi. Nihil tamen initio contra Theodorum scripsit. Convocato concilio Ephesi, (a. 431) antiocheni serius pervenerunt, qui conciliabulum celebrarunt in quo Cyrillus alexandrinus depositus est ac ceteri Patres excommunicati. R., qui post antiochenos pervenit, cum his subscripsit in pluribus documentis contra Cyrillum. Edessam tamen reversus animum penitus mutavit et primus inter orientales sese cum Cyrillo reconciliavit.

Praeterea damnavit doctrinam Mopsuesteni, cuius libros urere iussit. Ibas, indignatus,appellavit per Andream Samosatae ad Ioannem antiochenum, qui episcopis antiochenis communionem cum R. prohibuit. Sed an. 433 Ioannes pacem et cum Cyrillo et cum R. pepigit. Tunc R. expulit Edessa renitentem Ibam. Agitatio extensa est ad vicinam Armeniam. Cum vero an. 435 combustis iussu imperiali libris Nestorii, Ibas opera Mopsuesteni propagaret, R. de tanto periculo armenos monuit, qui ad consilium Procli constantinopolitani recurrerunt. R. mortuus est 7 aug. 435.

Vita Rabbulae: *Ed.* J. J. Overbeck, S. Ephraemi Syri, R., Balaei aliorumque opp. selecta, Oxonii 1865, pp. 159-209. - *vers. germ.*: G. Bickell, Ausg. Schriften der syr. Kirchenväter, BKV. - *vers. gall.*: F. Nau, Rev. Hist. des Relig. 103 (1931) 97-135.

Studia generalia: P. Peeters, La vie de R., évêque d'Édesse Rech. Sc. Rel. 18 (1928) 187-203. - A. Vööbus, La vie d'Alexandre en grec, un témoin d'une biographie inconnue de R. écrite en syriaque. Contrib. of Baltic Univ., Pinneberg 1948. - Idem, Investigations into the Text of the N. Testament used by R. of Edessa, Pinneberg 1947. - F. Pericoli - Ridolfini, Lettera di Andrea di Samosata a R. di Edessa, Riv. Stud. Orient. 28 (1953) 154-69 [ed. syr. et vers. ital. e ms .Borgiano Syr. 82]. - Baumstark 71-73. - L. Abramowski, Zum Brief des Andreas von Samosata an R. von E., OC 41 (1957) 51-65.

Scripta

Callens graecum R. ex hac lingua in syriacam vertit scriptum Cyrilli alexandrini « de fide orthodoxa » ad Theodosium et probabilissime alia etiam scripta cyrilliana quorum ,exstant veteres syriacae versiones.

Ed. scripti adiuncti operi « de fide orthodoxa »: Overbeck op. cit. 226-29. - P. Bedjan, AMS 4, 460-64. - ipsius operis: Ph. E. Pusey, S. P. N. Cyrilli Alex .De recta fide ad Imper. etc. Oxonii 1877. De aliis versionibus cyrillianis ineditis refert Baumstark loc. cit.

Restant praeterea fragmenta graeca et latina epp. R.

Ed.: Mansi IX, 247 s. - PG 84, 814.

Alia scripta iuridico-ascetica tributa sunt R. 1) « Canones » 2) « Canones ad coenobitas » 3) « Praecepta et canones ad sacerdotes et regulares ». Nullum grave dubium exstat contra genuinitatem horum scriptorum quae in mss. valde vetustis (*Brit. Mus.* Add. 14.652, saec. VI etc.) conservantur. Hae porro regulae primitivam apud syros coenobiticam vitam adumbrant.

Ed.: Overbeck, op. cit. 210-221. - P. Bedjan, AMS 4, 450-59 - [n. 2)]: J. Mounayer, Les canons relatifs aux moines, attribués à R., OCP 20 (1954) 406-415. - *Vers. germ.*: G. Bickell, op. cit. 226-35. - *gall.*: F. Nau, Ancienne littérature canonique syriaque, fasc. II, Paris 1907, pp. 83-91.

Studia: L. Koehler, Zu den Kanones des R., Bischofs von Edessa, Schweiz. Theol. Zeitschr. 25 (1908) 210-13, cfr. 26 (1909) 133 ss.

Aliqui hymni liturgici R. tributi non videntur esse genuini. Homilia « coram Imperatore habita », in R. biographia inclusa probabilius spuria est.

Per versiones syriacas nobis notae sunt homilia R. Constantinopoli praedicata et ep. ad Andream Samosatae.

Ed.: [homilia] Overbeck, op. cit. 239-44 - P. Bedjan AMS 464-69. - [epist.]: Overbeck, ib. 222-3, 225, 230-38. - Bedjan, ib. 4, 459 s.

Opinio, e biographia hausta, iuxta quam R. vertere fecit in syriacum singula evangelia et sic exinde « Diatessaron » obsolevit, communis hucusque erat; sed maxime infirmata est cum hodierna investigatio detexit ipsum R. vertentem scripta Cyrilli mutasse citationes separatorum evangeliorum ut textum « Diatessaron » ibi substitueret.

Doctrina

Christologia R. potius ex eius biographia quam ex scriptis deducitur. In ep. ad Andream Samosatae ait se legisse cum indignatione 12 capita contra scriptum Cyrilli: « Nam divisio naturarum inter se, praesertim post unionem conturbat me quia ipsa affert nobis duos filios potius quam unicum, ut veneratissimus Anastasius in media Constantinopoli dixit: Confiteor Patrem, Filium, Spiritum Sanctum et Dominum N. Iesum Christum. Ego autem longe sum a consentiendo his omnibus: nam nequeo haec omnia libenter admittere ».

§ 34. Ibas (Ḥiba).

I. fuit tempore Rabbulae rector Scholae Persarum Edessae. Simul cum Rabbula I. interfuit conciliabulo Ephesi (431). Cum

vero post concilium Rabbula damnasset libros Mopsuesteni, I. id. aegre tulit. Post reconciliationem inter antiochenos et Cyrillum an. 433 I. a Rabbula Edessa expulsus est. Circa hoc tempus, forsan exsul, scripsit epistulam ad « Mari », id est probabiliter ad Mar Dadišoʿ episcopum Ardašir in Persia.

Cum an. 435 iussu imperiali destruerentur scripta Nestorii, I. propagavit opera Mopsuesteni quae exinde probabilius versa sunt in syriacum et posterius ut textus Scholae adhibita sunt.

An. 435 I. successit Rabbulae in sede Edessae. An. 445 accusatus est nestorianismi coram episcopo Antiochiae; sed non adfuit. Posteriore vero anno iterum accusatus comparuit et, iubente Theodosio II qui erat sub influxu monophysitarum, I. iudicatus est a concilio Tyri et dein Beryti. Cum ibi de nestorianismo se purgaret, prolata est eius epistula. Sed tandem absolutus est. Sed an. 449 in « Latrocinio Ephesi » I. cum sua epistula damnatus est et depositus; quem consolatus est Theodoretus per epistulam.

Mortuo Theodosio II (450) concilium Chalcedonense sanavit vulnera « Latrocinii ». Ibas, qui adfuit, iudicatus est in 2 et 10 consessu. Lecta sunt acta absolutoria Tyri et Beryti. Legati Papae Leonis, lecta epistula I., hunc (non illam) orthodoxum declaraverunt praevia tamen damnatione Nestorii. In sedem Edessae restitutus an. 451 I. mortuus est 28-10-457.

Studia generalia: E. R. Hayes, L'école d'Édesse, Paris. 1930 - R. Devreesse, Le début de la querelle des Trois-Chapitres : la lettre d'I. et le tome de Proclus, Rev. Sc. Rel. 11 (1931) 543-65. - A. d'Alès, La lettre d'I. à Marès le Persan, Rech. Sc. Rel. 22 (1932) 5-25.

Epistula

Scripta est sine dubio in lingua syriaca, sed nobis nota est tantum in versione graeca per Acta concilii Chalcedonis et synodi Trium Capitulorum. Diximus de occasione et destinatario.

Auctor eodem rigore damnat et nestorianismum et doctrinam Cyrilli quam apollinaristicam iudicat. Est ergo secundum sensum Theodoreti et plurimorum antiochenorum. In epistula docetur duas esse naturas (physeis) unam tamen virtutem unumque prosopon in unico Filio Dei Iesu Christo. Distinguitur tamen Verbum a templo quod factum est ex Maria et adhibetur communicatio idiomatum limitata ita ut humana non praedicentur de Verbo. Dicitur secundum eandem mentem : « Confitentur in templum et in eum qui in hoc habitat, qui est unicus Filius Iesus Christus ».

Ed. versionis antiquae graecae et latinae: E. Schwartz, ACO II, 1, 3, pp. 32-34 ; II, 3, 3, pp. 39-43. - Mansi, VII, 247. - *Antiqua retroversio e graeco in syr.* : E. Flemming, Abh. d. Gött. Ges. d. Wiss. N. F. 15 (1917) pp. 48-52. - *versio gallica* : P. Martin, Actes du Brigandage d'Éphèse, Rev. Sc. Eccl., Amiens 1874, pp. 54-58.

In V Concilio oecumenico « Trium Capitulorum » acta est causa I. in 2 sessione. Lecta sunt epistula et Acta Tyri et Chalcedonis. Disputatum est de vi huius sententiae et declaratum est eam non approbasse epistulam sed potius ut suspectam habuisse quare ab I. damnationem Nestorii requisivit. Dein epistula damnata est ut haeretica. Haec sententia concilii tandem confirmata est a Papa Vigilio qui tamen laudavit personam poenitentis I. a concilio Chalcedonis absoluti.

§ 35. Isaac Antiochenus.

Existunt in mss. syriacis plures Sermones (Memrē) pentasyllabici qui « Isaaco Antiochiae » tribuuntur, quique argumentum fere morale-asceticum tractant. Patriarcha jacobita Ioannes Bar Šušan (+ 1073) compilavit ex eis 60 Sermones; sed alios etiam novimus sive e traditione mss. quae ad saec. VI ascendit sive e liturgica traditione quae a saec. XII incipit.

Iam vero inter hos sermones spatium chronologicum est nimis amplum nam iuxta carmen saeculare circa ludos romanos an. 404 invenitur poema 2137 versibus constans « de avi illa, quae Antiochiae Trishagion cantavit », quod quia laudat incisum « qui crucifixus est pro nobis », non nisi post an. 477 compositum est. Praeterea dum aliqui sermones laudant doctrinam chalcedonensem contra Nestorium et Eutychen, alii imbuti sunt monophysismo. Quare inde ab antiquo ad solvendum hoc aenigma admissum est plures fuisse auctores syros fere coaevos nominis I. A. Iam Jacobus Edessae (+ 708), monophysita, tres I. distinguebat, nempe 1) Isaacum natum Amidae, discipulum s. Ephraemi, qui venit Romam initio saec. V et dein ut presbyter Amidae floruit; 2) I. A. « Magnum » natum Edessae, qui venit tempore Petri Fullonis Antiochiam et immiscuit se in disputationibus dogmaticis estque auctor memorati poematis; 3) I. A. pariter Edessae natum, qui tandem orthodoxus devenit cum prius monophysismo indulserit. Haec conversio facta est sub Asclepio (inde ab. an. 522). Notemus

de I. Amidae sermonem esse etiam apud Zachariam Rhetorem (+ ante 553). Possumus ergo admittere eius paternitatem pro carmine saeculari romano et etiam probabilius sermonem « in regiam civitatem », nempe Constantinopolim, qui continetur in ms. *Brit. Mus.* Add. 14591 saec. VI et scriptus est, secundum coniecturam, an 441. Iam vero hunc I. Amidae immediatum fuisse discipulum Ephraemi vix possible est. Neque ullum argumentum proditur in favorem eius monophysismi. Potius ei concedi possunt sermones orthodoxi. Praeterea est sine dubio I. A. potius unus quam duo, monophysita, qui floruit secunda medietate saec. V et forsan sub fine vitae orthodoxus devenit, initiis saec. VI. Gennadius scribit de I. A. presbytero Edessae qui mortuus est an. 461 et elegiam composuit terraemotus Antiochiae an. 459. Hic decertavit contra nestorianos et eutychianos. Nonne hic idem est cum dicto I. Amidae?

Non est mirum in tam confuso rerum statu Bickell censere auctorem sermonum sub nomine I. A. fuisse orthodoxum cuius tamen opera dein a monophysitis adulterata sunt, dum Bedjan pro monophysismo I. A. stat. Ut liquet tota quaestio critica-litteraria dubiis abundat.

Ed. : P. ZINGERLE, Monumenta syriaca 1, Oeniponte 1869, pp. 13-20. - Idem, Chrestomatia syriaca, Romae 1871, pp. 299-306, 387-416. - G. BICKELL, S. I. A. Doctoris syrorum opera omnia, syriace, arabiceque primus edidit, latine vertit... (2 partes) Gissae 1873-77. - P. BEDJAN, Homiliae sancti I. syri A., tom. I, Paris 1903 [ed. 67 hom. e quibus 43 erant ineditae]. - I. E. RAHMANI, St. Syr. 1, 15-25 (14-23). Nota tamen hymnum pagg. 23-25 (22-23) non esse genuinum; cfr. Th. NÖLDEKE, ZDMG 58 (1904) 494. - Th. LAMY, S. Ephraemi syri hymni et sermones 4, 361-6. - C. Moss, I. of A. Homily in the Royal City, [cum vers. angl.] Zeitsch. f. Semit. 7 (1929) 295-306; 8 (1932) 61-72. - *Vers. germ.* : G. BICKELL [6 hymni] BKV, Kempten 1872, pp. 109-91. - LANDERSDORFER [12 hymni] BKV Kempten 1912, pp. 101-248. - P. KRÜGER, Der dem I. v. A. zugeschriebene Sermo über den Glauben, Ost. St. 1 (1952). - *vers. ital.* : G. GURLANI, Tre discorsi metrici di I. d'A. sulla fede. Riv. Trimestr. Sc. Fil. Rel. 4 (1923) 257-87.

Studia : BAUMSTARK 63-66. - BARDENHEWER, 4, 402-07.

DOCTRINA

Homiliae quae sub I. A. nomine traduntur abundant taediosis repetitionibus et excursibus ita ut pro theologia vix authenticum meritum prae se ferant. Potius doctrina s. Ephraemi nec tamen pari profunditate et gratia usurpatur.

Christologia diversa est prout de diversis sermonibus agatur, ut diximus. Exinde procedit mariologia nihil novi continens.

Secundum placita aliquorum sermonum admittitur praeter gehennam, etiam scheol in quo omnes sive iusti sive peccatores usque ad ultimum iudicium degunt et ubi adhuc peccare possunt. Preces pro eis utiles sunt. Defenditur chiliasmus etiam terrenus, regnante Christo ante ultimum iudicium. Exinde disparebit scheol dum gehenna aeterna erit.

Studia : G. FURLANI, La psicologia di I. d'A., Giorn. Crit. Filos. It. 7 (1926) 241-53. - P. KRÜGER, Die mariologischen Anschauungen in den dem I. v. A. zugeschriebenen Sermones, Ost. St. 1 (1952) 187-207. - Idem, Gehenna und Scheol in dem Schriftum unter dem Namen des I. v. A., ibid. 2 (1953) 270-79.

§ 36. Simeon Stylita senior.

Natus circa an. 390 in pago Sīs prope montem Taurum parva cultura praeditus, hellenica vix ulla, educatus est in monasterio Eusebona prope Telʿadā non longe ab hodierna Qalʿat Semʿān. Dein petivit monasterium Telnešin non longe ab Antiochia, ubi inde ab an. 412 incepit austeritates stupefacientes exercere. Primum catena cum rupe vinctus sed paulo post in scamno supra columnam 36/40 m. altam per 30 annos sine intermissione stetit. Mors eius a terraemotu Antiochiae an. 458 praenuntiata die 2-IX-459 evenit.

Praeter notitias testis ocularis Theodoreti (Hist. Rel. 26), habemus optimum fontem in biographia syriaca quae iacet in ms. *Vat. Syr.* 160 absoluto an. 474 et in ms. *Brit. Mus.* Add. 14484 saec. VI.

Nota est una epist. S. lingua syriaca quaea terraemotu Antiocheno provocata est simul cum responsione presbyteri Cosmae.

Ed. Biographiae syr. iuxta ms. *Vat*, sed non accurata : E. E. ASSEMANI, ASM 2, 268-394 [cum nimis libera *vers. lat.*]. - iuxta ms. *Mus. Brit.* : P. BEDJAN, AMS 4, 507-644. - *Vers. germ.* H. HILGENFELD apud H. LIETZMANN, Das Leben des hl. S. St., TuU 32, 4, Leipzig 1908.

Vers. germ. epist. S. iuxta ms. Brit. Mus. 14484 : H. HILGENFELD, op. cit. 180-4. *Ed.* iuxta ms. *Vat* : ASSEMANI op. cit. 394-98, BO 1, 237-9.

Studia : H. LIETZMANN, op. cit. - BAUMSTARK 60-61. - H. DELEHAYE, Les saints stylites, Bruxelles 1923, pp. X-XV. - P. PEETERS, S. Sym. St. et ses premiers biographes, AB 61 (1943) 29-72.

§ 37. Acta Lucae.

Hoc apocryphon, quod conservatur in mss. saec. X et XIII, non valde antiquum videtur neque elementa alicuius ponderis praebet. Non exstat in graeco sed certe in aliis orientalibus linguis; syriaca porro videtur primigenia.

Ed. F. NAU, ROC 3 (1898) 156-67.

§ 38. Stephanus Bar Ṣudaile.

Floruit sub fine saec. V et prima medietate VI et probabiliter circa an. 550 mortuus est. Initio fuit monachus Edessae, sed venit etiam in Aegyptum ubi, discipulus cuiusdam Ioannis, imbutus est doctrinis origenisticis Evagrii. In errores incidit asserens consubstantialitatem omnium rerum cum prima Essentia, apocatastasin origenisticam, theoriam motus intellectualis versus primam Essentiam et quendam millenarismum. Propterea epistulis reprehensus est a Philoxeno Mabbugensi et a Jacobo Sarugensi et dein inter haereticos reputatus.

S. auctor fuit cuiusdam operis cui titulus erat « Liber de occultis mysteriis domus Dei » quodque successive ab ipso auctore retractatum et completum est. Sed in illud incorporatae sunt minores partes quae doctrinae Pseudo-Dionysii valde affines sunt. Verum est opus vocatum esse posterius « Librum Hierothei » nempe ficti magistri Pseudo-Dionysii. Non liquet omnino utrum auctor operis dependeat a Pseudo-Dionysio an viceversa eius sit magister. Opus S. habuit quandam diffusionem sed solum inter syros. Scripsit etiam S. psalmos quorum excerpta inedita servantur in ms. *Brit. Mus.* Add. 17191 saec. IX-X.

Ed.: F. S. MARSH, The Book which is called The Book of the Holy Hierotheos with Extracts from the Prolegomena and Commentary of Theodosios of Antioch and from the « Book of Excerpts » and other works of Gregory Bar-Hebraeus, London-Oxford 1927 [cum *vers. angl.*].

Studia: A. L. FROTHINGHAM, St. B. S. the Syrian Mystic and the Book of the Holy Hierotheos, Leyden 1886. - A. MERX, Idee und Grundlinien einer allgemeinen Geschichte der Mystik, Heidelberg 1893. - BAUMSTARK 167. - G. FURLANI, Un manoscritto beirutino del Libro di Ieroteo di St. B. S., RSO 11 (1926) 103-7. - I. HAUSHERR, L'influence du « Livre de Saint Hiérothée », in Or. Christ. 30 (1933) 176-211.

§ 39. Jacobus Sarugensis.

De J. exstant fontes: notitia biographica Jacobi Edessae (+ 708) (ed. J. S. ASSEMANI, BO I, 286-89); panegyrica oratio scripta probabilius a Georgio ep. Sarugensi eodem tempore (ed. J. B. ABBELLOOS, v. bibl.); poema panegyricum in Bibl. Nat. *Paris. syr.* 177 saec. XII; parva notitia biographica (ed. ABBELOOS pp. 311-14); Synaxarium armenicum (ed. Constantinopoli 1712), praeter Chronicas Mari, Seertensem et Barhebraei.

J. natus est in Curtam ad Euphratem circa 451. Studuit in schola Edessae circa an. 466 quando eius episcopus erat orthodoxus Nonnus. Teste tamen ipso J. ibi tunc in syriacum vertebantur scripta Diodori et Theodori quorum errores ille recognovit. Annis 502-3 J. erat periodeutes aut chorepiscopus in Ḥaura aut Ḥawārā et inde scripsit litteras exhortatorias ad christianos Osrhoenes quibus imminebat invasio persecutoris Qawad, imperatoris Persiae. Anno 518-19 J. factus est ep. in Baṭna Sarugensi. J. sepultus est 29-XI-521. Veneratus est apud Iacobitas (cfr. PO X, 142) et Maronitas et armenos.

Studia generalia: J. B. ABBELOOS, De vita et scriptis s. Iacobi Batnarum Sarugi in Mesopotamia episcopi, Lovanii 1867. - H. MATAGNE, Acta SS. tom. XII Oct., Bruxelles 1884, pp. 824-31; 927-29. - BAUMSTARK, 148-58. - E. TISSERANT, DThC s. v. - BARDENHEWER IV, 412-16 - P. MARTIN, Un évêque-poète au V^e et au VI^e siècles ou J. de S., Rev. de Sc. Eccl. ser. 4, 3 (1876) 309-52; 385-419. - I. ARMALE, Mar J. ep. S. [arabice], Jounieh 1946. - F. H. DOLAPŌNII, Historia vita et opera syri Mar J. [syriace], Mardin 1952.

SCRIPTA

1. *Homiliae.*

Foecundissimus poeta, J. dicitur composuisse 763 Homilias metricas (« memrē ») quarum plures restant versibus plerumque dodecasyllabis. Ei porro tribuuntur frequenter homiliae in mss. diversae aetatis ac proinde non paris auctoritatis. Seligens ex his P. Bedjan 195 edidit. Restat adhuc non facilis labor definiendi genuinitatem earum.

Editio generalis: P. BEDJAN, Homiliae selectae Mar-Jacobi Sarugensis (5 volum.), Paris-Leipzig 1905-10 [= B.]. Aliquae ex his prius editae erant sive ab ipso B. sive ab aliis.

Editiones posteriores: C. Moss, J. of. S.'s Homilien on the Spectacles of the Theatre, Mus 48 (1935) 87-112. - P. Mouterde, Deux homélies inédites de Jacques de Saroug. Mél. Univ. S. Jos. 26 (1944-46) 1-37.

Versiones: pro *antiqua armenica* cfr. Zarbhanelian, Catalogus antiquarum versionum armenicarum [arm.] Venetiis 1889, pp. 272-75. - *italica* [partialis]: I. Pizzi, Bessarione 12 (1902-3) 18-29. - G. Rinaldi, Saggi poetici di S. Giacomo di S. Aevum 22 (1948) 85-93. - C. Vona, Omelie mariologiche di S. Giac. di S., Lateranum XIX, 1-4, Romae 1953. - *germanica* [partialis]: G. Bickell, BKV [4 Nr.]. - S. Landersdorfer, ibid. [10 Nr.] de Assumpta: A. Baumstark, OC 5 (1905) 91-99. - *gallica*: [*partialis*]: J. Babakhan, ROC 17 (1912) 410-26; 18 (1913) 42-52, 147-67, 252-69, 358-74; 19 (1914) 61-5, 143-54 [versio metrica].. - P. Krüger, La deuxième homélie de J. de S. sur la foi de Chalcédoine, OS 2 (1957) 125-37. - *arabica*: G. Graf, Al-Machriq 48 (1954) 46-50.

Themata harum homiliarum sunt multiplicia. J. enim commentatur V. T. agens de creatione, de patriarchis, de symbolis messianicis, sed praesertim explanat N. T., ubi sermonem facit de doctrina Domini, de parabolis, de Maria, de apostolis ubi etiam apocrypha narrat. Adsunt panegyrici de ss. Gurja, Šemona, Ḥabib, Šarbel, Simeone Stylita et Ephraem. Exhortatur ad virtutes et tractat de novissimis et de gratiarum usu. Nec desunt homiliae de baptismo, de Eucharistia, de festis et orationes funebres de sacerdote, de moniali.

Homiliae De baptismo Constantini, de octo Dormientibus Ephesi et de rege Alexandro habendae sunt ut spuriae propter graves anachronismos (cfr. Peeters loco infra citando pp. 194-96).

Celebris Hom. contra concilium Chalcedoniae, quia in ms. tardiore saec. IX continetur (*Brit. Mus.* Add. 14651) quod nominat solum « Jacobum », et quia confundit doctrinam Chalcedonensis cum nestoriana non persuadetur opus esse J.

Paucae homiliae restant J. in ms. an. 606 (*Brit. Mus.* Add. 14587) quae soluto sermone compositae sunt et quae annum liturgicum respiciunt.

Editio: [Homiliae de Paschate] P. Zingerle, Monum. Syr. I, 91-96. - *Versio germanica* [completa]: P. Zingerle, Sechs Homilien des hl. J. von S., Bonn 1867.

2. *Epistulae.*

In diversis mss. non eiusdem aetatis restant 43 epistulae J. quae ad eius biographiam et doctrinam illustrandam magni momenti esse constat. Inter eas maximam attentionem moverunt

epp. 4 ad monachos monasterii Mar Bass prope Apamaeam scriptae, sic videtur, anno 511-12 et quae conservantur in ms. *Brit. Mus.* Add. 14587 a. 603. Obiectiones suscitatae sunt contra genuinitatem aut inalterabilitatem epist. 13, 16 et 17 in quibus exstant sententiae pro aperto monophysismo, affirmata e contra authentia epist. 14 cui respondet higumenos Lazarus ep. 15, e quibus nullus monophysismus eruitur (sic. Peeters, ibid. 144-160).

Parum probabilis est genuinitas ep. 18 ad Himyaritas et quidem propter impedimenta chronologica.

Editio generalis: G. Olinder, Iacobi S. epistulae quotquot supersunt, CSCHO, Lovanii 1927. - Idem, The letters of J. of S. Comments on an edition, Lund 1939. Aliquae ex his epistulis prius etiam ed. erant.

Versiones: *gallica* [epist. 14, 15, 16, 17 et 32 ad Paulum Edessae ad monach. Mar Bass]. - P. Martin, ZDMG 30 (1876) 217-75.

Nulla ex Anaphoris liturgicis quae J. tribuuntur authentia gaudet.

Ed. H. G. Codrington, Romae, 1951 (Anaph. syr. 2, pp. 1-83) Cfr. S. A. B. Mercer, The An. of Saint J. op. S., Journ. Soc. Or. Rescarch 11 (1927) 71-75 - S. Euringer Or. Christiana, 1934, n° 90.

Doctrina

Acriter disputata est generalis quaestio de orthodoxia aut monophysismo severiano J.

Incipiendo a J. S. Assemani (BO I, 290-99) et includendo Abbeloos et Matagne antiquiores admiserunt J. fuisse doctrina orthodoxum. Opinio vero doctorum mutata est editione epistularum J. ad monachos Mar Bass facta a P. Martin. Exinde enim communis sententia iudicabat J. monophysitam: sic Baumstark, Bardenhewer, Tisserant, Jugie etc. Cum recentius P. Peeters suum studium de hoc problemate ederet in quo sustinebat praesertim argumentis historicis orthodoxiam J., maior pars auctorum eiusmodi sententiae adhaesit, ut Vona. Contrariam tamen opinionem contra orthodoxiam P. Krüger hodiedum sustinet.

Studia: P. Peeters, Jacques de S. appartient-il à la secte monophysite ? AB 66 (1948) 134-99. - P. Krüger, War J. von S. Katholik oder Monophysit ? Ost. St. 2 (1953) 199-208. - Idem, Das Problem der Rechtgläubigkeit J. von S. und seine Lösung, ibid. 5 (1956) 158-76, 225-42.

Argumenta praecipua pro monophysismo: 1) sententiae scriptae in epist. 13,16 et 17 ad monachos Mar Bass 2) homilia contra Chalcedonense 3) veneratio apud jacobitas 4) testimonia chronistarum nestorianorum.

Argumenta pro orthodoxia: 1) J. factus est episcopus Baṭnae eo tempore quo imperator Iustinus II, zelans causam Chalcedonensem, expellebat e sedibus episcopos monophysitas. 2) Doctrina in homiliis J., praesertim in illa de Maria ad Golgotham (ed. Mouterde), est orthodoxa. 3) Illae epist. 13,16 et 17 sunt spuriae et homil. contra Chalcedonense saltem dubia. 4) Timotheus constantinopolitanus, scribens initio saec. VII (PG 86, 41), facit J. Batnensem orthodoxum.

Forsam iudicium prudens sic sonat: J. in fine vitae doctrinam tenuit orthodoxam, ut ex argumentis historicis apparet. Antecedenti etiam tempore probabilius est eum orthodoxum fuisse, nam obiectiones graviores satis solidae non videntur. Omnes concordanter admittunt J. non fuisse polemistam in rebus dogmaticis.

J. fuit eximius poeta ad modum Ephraemi. Foecundissima eius phantasia, quae aliquando in taediosam exuberantiam incidit, doctrinam theologicam coloribus vividis depingit, quod interdum rectae intellectioni obstaculum movet.

Mariologia. Sequens doctrinam s. Ephraemi, J. ponderat divinam maternitatem M., quae est « Mater Unigeniti ». Extollit pariter eius regiam dignitatem, eius mirabilem virginitatem ante partum in partu et post partum, qui doloribus caruit. Sanctitas Mariae inde a pueritia tanta fuit, ut si in ea aliqua macula inventa esset, Deus alteram ut propriam matrem elegisset. Parallelismus inter Mariam et Evam ante lapsum aliaeque sententiae J. laudant sanctitatem intemeratam Mariae. Id vero quod asseritur nempe Spiritum obumbrasse Mariae ut sanctificaret et purificaret eam ad Incarnationem si cum aliis textibus J. et cum similibus dictis aliorum Patrum conferatur, videtur non excludere immaculatam conceptionem Mariae. Cooperatio novae Evae in nostram salutem claris verbis illustratur ita ut fere corredemptrix appelletur. J. cantat assumptionem gloriosam Mariae corpore et anima.

Clare admittit J. primatum Petri et insinuat infallibilitatem. Nec desunt perspicacia testimonia de reali praesentia Christi in Eucharistia.

Studia: C. Vona, Maria e i dolori di parto nel pensiero di S. Giacomo di S., Eunt. Doc. 3 (1950) 254-59. - Idem, La dottrina di Giac. di S. sulla santità di Maria, ibid. 6 (1953) 30-49. - M. Gordillo, Mariologia orientalis, Romae 1954. - W. de Vries, Der Kirchenbegriff der von Rom getrennten Syrer, Rom 1955. - Idem: Sakramententheologie bei den syrischen Monophysiten, Rom 1940. - A. van Roey, La saintetè de Marie d'après Jacques de Saroug, ETL 31 (1955) 46-63; Virgo Immaculata IV, Romae 1955, pp. 113-33. - I. Ortiz de Urbina, Dignitas regia Mariae iuxta primaevos syros, Virgo Immaculata XII, Romae 1956, pp. 1-11.

§ 40. Simeon Quqaja (« Figulus »).

Diaconus et poeta amicus Jacobi Sarugensis — floruit ergo in limite saec. V et VI — qui auctor dicitur 9 hymnorum de Nativitate in ms. saec. 8-9.

Ed.: S. Euringer, OC 2, 3 (1913) 221-35 [cum *vers. germ.*].

§ 41. Sergius (Sargis) e Reš'aina.

Presbyter monophysita et medicus Reš'ainae, seu Theodosiopoli, graecum callens, studiis Alexandriae prius vacaverat. Querelam adversus proprium episcopum Ascolium apud orthodoxum Antiochiae Patriarcham Ephraem detulit (ante an. 526) cuius consilio et epistula ad Papam Agapetum I Romam venit. Hunc comitatus Byzantium an. 536 petiit ubi eodem anno mortuus est.

Copiosus sed mediocris traductor S. plura opera graeca philosophorum et medicorum sed maxime operum Pseudodionysii transtulit, cui versioni prologum praemisit in quo compendiose doctrina ascetica et mystica origenisticis ideis imbuta traditur. S. composuit opus, septem libris constans, de logica aristotelica quod in « Organo » inspiratur (ineditum: ms. *Brit. Mus.*: Add. 14658 saec. VII-VIII).

Versiones: 1) Pseudodionysiaca cum prologo (inedita! mss. *Sin.* 52, saec. VII etc.).

2) Pseudoaristoteles: « De mundo ad Alexandrum » (*ed.* P. de Lagarde, An. Syr. 134-58).

3) « De universo iuxta mentem Aristotelis » (ineditum) - *vers. ital.*: G. Furlani, Riv. Trim. Studi Filos. e Relig. 4 (1923) 1-22.

4) « De genere, specie et individuo » (ineditum) recensitum a G. Furlani, Studi Ital. di Filologia Classica N. S. III-IV (1925) 305-33.

5) « De categoriis » (ineditum), recensitum et partim in *ital. vers.*: G. FURLANI, Riv. Trim. Studi Filos. e Relig. 3 (1922) 135-72.

6) « De interpretatione cap. 3 », studia de « analiticis primis » (ineditum).

7) « Introductio » Porphyrii (ineditum. Cfr. A. FREIMANN, Die Isagoge d. Porphyr. in der syr. Übers., Berlin 1897).

8) « Categoriae » (ineditum) (cfr. G. FURLANI, op. ultimo cit.).

9) « De anima » tributum Aristoteli et graece incognitum (ineditum)

10) Disputatio philosophica de partibus sermonis (ineditum)

11) De affirmatione et negatione et de conceptu essentiae (inedita).

12) Scripta Galeni et Pseudogaleni dein in arabicum versa (*ed.* « de mixtione pharmacorum simplicium »: A. MERX, ZDMG 39 (1885) 237-305 - Fragmentarie « ars curandi » et « de virtutibus ciborum ». E. SACHAU Inedit. Syr. 88-97 - « De influxu lunae iuxta mentem astrologorum » et de motu solis : Idem, ibid. 101-26).

Studia : A. BAUMSTARK, Lucubrationes syro-graecae, Leipzig 1894. - BARDENHEWER, IV, 297-8. - G. FURLANI, Due secoli filosofici attribuiti a S. di Teodosiopoli, Aegptus V, 2 (1926) 139-45. - P. SHERWOOD, S. of R. and the Syriac Versions of the Pseudo-Denis, Sacris Erudiri 4 (1952) 174-84.

§ 42. Poema in Cathedralem Edessae.

In ms. *Vat.* syr. 95, fol. 49-50 saec. XIII exstat p. in c. E. quod illam accurate describit, quare pro archaeologia et arte summi momenti est. Examen internum suadet hoc poema compositum esse epocha catholica, ergo ante medium saec. VI.

Ed. : H. GOUSSEN, Über eine « sugitha » auf die Kathedrale von Edessa, Mus. 38 (1925) 117-36 [cum *vers. germ.*].
Studia : A. M. SCHNEIDER, Die Kathedrale von Edessa, OC 36 (1941) 161-67. - A. GRABAR, Le témoignage d'un hymne syr. sur l'architecture de la cathédrale d'Edesse au VI^e siècle et sur la symbolique de l'édifice chrétien, Cah. Archéol. 2 (1947) 41-67.

§ 43. Anonymae Homiliae.

Ms. saec. VI *Brit. Mus.* Add. 17181 continet sermonarium in quo homiliae inveniuntur quas abbas monasterii occasione

festi Natalis et Epiphaniae et de pericope Lc. 7,36-50 ad suos tenuit. Ineditae restant.

§ 44. Sergius Stylita.

Probabilius floruit saec. VI non longe ab Emesa. Ei tribuitur in ms. *Brit. Mus.* Add. 17199 saec. VIII scriptum polemicum contra iudaeos textibus Flavii Iosephi abundans. Est unicum antiiudaicum scriptum in tota patrologia syriaca. Iacet ineditum.

Studia : BAUMSTARK, 180.

§ 45. Simeon Edessae.

Non confundendus cum homonymo ep. Edessae saec. VIII, erat « nosocomus xenodochii » et composuit commentarium in Gen., cuius in ms. saec. VI *Brit. Mus.* Add. 17189 restant inedita fragmenta quae ad capp. 3. 4. 6. 8. referuntur, et commentarium de reditu e captivitate et de hebdomadis Danielis (textus lacunosus ineditus in ms. *Brit. Mus.* Add. 12172, fol. 55-64 e saec. IX).

Studia : BAUMSTARK, 179-80.

PARS SECUNDA

THEOLOGI NESTORIANI

Pars secunda

THEOLOGI NESTORIANI

CAPUT I.

PRIMI MAGISTRI NISIBENI

Inde a fere medio saec. V theologia nestorianizans Scholae Edessae transplantatur in Persiam praesertim per Narsai et Bar Ṣaumam qui simul cum Katholiko Mar Aba I praecipui choryphaei doctrinae nestorianae fuerunt. Haec in Schola Nisibis usque ad medium saec. VI illustres et zelantes doctores habuit. Alumni huius Scholae paulo post plures dioeceses occuparunt sicque ad nestorianizationem totius Ecclesiae in Persia via facilis praeparata est. Hi vero primi doctores maxime doctrinam Theodori Mopsuesteni propriam fecerunt eamque nulla addita novitate repetebant.

Studia : M. JUGIE, Theologia dogmatica christianorum orientalium. Tom. V, De theol. dogm. Nestorianorum et Monophysitarum, Parisiis 1935. - W. de VRIES, Sakramententheologie bei den Nestorianern, Rom 1947. - M. GORDILLO, Mariologia orientalis, Romae 1954. - Idem, La maternidad de Maria Virgen en la teología de la Iglesia nestoriana, Estud. Marianos 8 (1949) 345-63. - P. KRÜGER, Das älteste syrisch-nestorianische Dokument über die Engel, Ost. Stud. 1 (1952) 283-96. - W. de VRIES, Die syrisch-nestorianische Haltung zu Chalkedon, A. GRILLMEIER - H. BACHT, Das Konzil v. Chalkedon I, [s. d.] pp. 603-35. - Idem, Der Kirchenbegriff der von Rom getrennten Syrer, Rom 1955.

§ 46. Narsai (Narsetes).

N., dictus etiam « leprosus », fundator Scholae Nisibis, notus est nobis maxime per Barḥadbešabbā de Arbaiā (PO 9, 588-615 ; PO 4, 381-87) et per Chronicam Seertensem (PO, 7, 114 ss.). Natus est an. 399 in pago ʿAïn Dulbē prope Maʿaltaye iuxta medium Tigrim. Studia inivit 7 annos natus quae per 9 continuavit. Dein venit in monasterium Kefar-Mari cui praeerat avunculus Emmanuel, olim alumnus Scholae Edessae. Paulo post et N. venit in illam, ubi per 10 annos studuit. Inde rediit Kefar-Mari ad docendum ; sed nostalgia captus, cito Edessam regressus est ibique per alios 10

annos est commoratus. Ab avunculo moribundo revocatus N. venit in monasterium et post illius mortem factus est abbas coenobii. Attamen post annum Edessam petivit non post an. 435. Hoc tempore simul cum Bar Ṣauma, venit Mopsuestiam ut videret Theodolum, discipulum Diodori et successorem Theodori, ab eoque appellatus est « lingua Orientis » et « Porta religionis christianae ». Mortuo an. 437 Qiyorē, rectore Scholae Edessae, N. unanimi voto electus est eius successor, quo munere 20 annos functus est. N. promovit doctrinam Mopsuesteni et amicus fuit episcopi Edessae, Ibae, dyophysitae. Eo mortuo an. 457, successor Nonnus deposuit N. nestorianizantem et contumacem, qui fugiens venit Nisibim, ubi, instante amico ep. Bar Ṣauma, transplantavit Scholam Edessae, quam per 40 adhuc annos rexit. Excipiuntur tamen 5 anni quibus praefuit monasterio Kefar-Mari fugiens machinationes Bar Ṣaumae. N. senex 103 annorum mortuus est an. 502.

Studia generalia: J. B. CHABOT, N. le docteur et les origines de l'École de Nisibe, JA 10 ser. 6 (1905) 157-77. - A. BAUMSTARK, 109-113. - E. TISSERANT, s.v. DTC XI, 26-30. - J. LABOURT, 293-301.

SCRIPTA

N. composuit 360 scripta poetica, inter quae aliqua servantur ad usum liturgicum selecta. Praecipuus editor Mingana recensuit 81 titulos horum « memrē » et « madraše », quos in dispersis, non antiquis mss. Orientis et Europae viderat, sed solum 47 edidit.

Editiones: A. MINGANA, N. doctoris syri homiliae et carmina primo edita, 2 voll., Mossoul 1905. - *Versio gallica* [homil. 21 de baptismo]: A. GUILLAUMONT, OS 1 (1956) 189-207. - *anglica* [homil. 21, 22 et 32 quae de baptismo et de sacerdotio agunt]: R. M. CONNOLLY, The liturgical homilies of N., Text and Studies, Cambridge 1909. - Cfr. F. C. BURKITT, The Mss of « N. on the mysteries », JTS 29 (1927-28). - De martyribus hom.: P. KRÜGER, Traduction et commentaire de l'hom. de N. sur les Martyrs, OS 3 (1958) 299-318.

Singularis momenti est hom. N. [= ed. Mingana n. 7] de tribus doctoribus nestorianis, nempe de Diodoro, de Theodoro Mopsuesteno et de Nestorio quos aperte laudat. Haec hom. quae post concilium Chalcedonense scripta est, ignorat illud concilium et Ephesinum, quod nestoriano auctori quadrat.

Editio: Fr. MARTIN, Homélie de N. sur les trois docteurs nestoriens, JA 9 ser. 14 (1899) 446. - *versio gallica*: idem, ib. 15 (1900) 469-525.

Plura alia tribuuntur N. in liturgia nestoriana. Sic quaedam « Hēpaktā » seu « troparia » diebus dominicis et festis; quaedam elementa ritus funebris, et nominatim « Pasōqē » mortuorum; aliquae « laudes » et litaniae a diaconis cantatae. Mss. tamen non sunt talis antiquitatis quae certitudinem fundent. Cfr. BAUMSTARK, 111-12.

Editio: M. WOLFF, Drei Begräbnisgesänge N., OC N.S. 12-14 (1925) 1-29. Alia inveniuntur in libris liturgicis nestorianorum.

Dubiae etiam originis sunt illa « sughitē » seu carmina quae post « memrē » veniunt et quae aliis etiam antiquis auctoribus interdum tribuuntur. Sic longum carmen dialogatum de Josepho, quod pariter Ephraem$_1$ et Balaei dicitur.

Editiones: P. BEDJAN, Liber superiorum... Homiliae Mar-Narsetis in Joseph, Paris 1901, pp. 519-629. - Fr. FELDMANN, Syrische Wechsellieder von N., Leipzig 1896. - A. MINGANA op. cit. - *Versio germanica*: F. FELDMANN, op. cit. [= ed. Mingana n. 7].

DOCTRINA

Ipsum curriculum vitae insinuat quod examen scriptorum confirmat, scilicet N. doctrinam fuisse communem cum Theodoro Mopsuesteno, immo vix diversam a Nestorio. Nonne praeterea N. primus rector fuit Scholae Nisibis cuius opera hierarchia persica in nestorianismum incidit?

N. defendit duas naturas, unum « prosopon », unum individuum divino-humanum, Christum qui est homo completus simul cum Verbo in una voluntate. Verbum et homo amore uniti sunt. Est tamen unus Filius Dei Verbum unitum carni. « Proclamo Christum hominem propter corpus, et Deum propter eminentem dignitatem. Ego credo eum esse unum, hominem et Filium Dei, unum unā essentiā quam nulla divisio separare potest. Distinxi naturas non Filios. Dixi eum Christum et Filium duplici ratione; quia Spiritus Sanctus unxit eum et quia factus per amorem unus Filius cum Verbo ».

In mariologia eadem doctrina obstat quominus N. dicat Verbum natum esse de Maria, de qua e contra homo natus est. Cum coaevis antiochenis restringit erronee communicationem idiomatum in Christo. Alia ex parte laudat virginitatem completam sanctae Mariae quam liberam dicit ab omni peccato, ita ut iure N.

adducatur in favorem Immaculatae. Nonnulla pariter habentur apud N. quae partem Mariae in Redemptione significant.

Studia: G. SFAIR, L'ortodossia di N. rilevata dalla sua Omelia sui Dottori Greci, Bessarione 33 (1917) 313-27. - W. de VRIES, Sakramententheologie bei den Nestorianern, Roma 1947. - P. KRÜGER, Das Bild der Gottesmutter bei dem Syrer N., Ost. St. 2 (1953) 110-20. - L. ABRAMOWSKI, Das Konzil von Chalkedon in der Homilie des N. über die drei nestorianischen Lehrer, ZKg 66 (1954-55) 140-43. W. de VRIES, Der Kirchenbegriff der von Rom getrennten Syrer, Rom 1955.

§ 47. Bar Ṣauma Nisibenus.

B. natus in Beth Qardu, in Persia septentrionali intra aa. 415-20 fuit servus et postea petivit Edessam in cuius Schola sub Iba doctrina nestorianizanti imbutus est, quare a « Latrocinio Ephesi » expelli iussus est. Rediit ergo B. in Persiam et ut erat vir astutus, obtinuit sibi et reliquis « edessenis » expulsis sedes episcopales praecipuas. Ipse electus est ep. Nisibis Katholiko Seleuciae-Ctesiphontis Baboj. Cum a. 457 condiscipulus Narsai Edessa fugiens transiret per Nisibim, B. eum invitavit ut ibi resideret et Scholam Edessae Nisibim transferret et regeret. B. caelibatus normam frangens iunxit se cuidam moniali. Cum vero regimini Baboj adversaretur, congregavit a. 484 in Beth Lapaṭ conciliabulum « edessenorum », quod, praeside B., deposuit Baboj et tentavit matrimonium episcoporum sanare. Baboj convocavit contra rebelles synodum Seleuciae-Ctesiphontis quae illos excommunicavit. Tamen cum B. favore imperatoris Peroz gauderet, meliores ipse partes habuit. Hoc ipso anno Baboj in carcerem coniectus est et iussu imperatoris occisus. Utrum hoc homicidium instigante B. commissum sit, ut vult Barhebraeus, non liquet. Ipso a. 484, mortuo Peroz, synodus Seleuciae-Ctesiphontis elegit successorem Baboj Acacium, amicum olim et condiscipulum B. Post varias lites ambo conciliati sunt in Beth'Adrai (485). Favore imperatoris Balaš et novi katholici gaudens, B. persuasit imperatori de utilitate introducendi nestorianismum in Persiam et expellendi monophysismum quo facilius christiani adhaererent imperio. His sententiis inductus imperator iussit monophysitas expelli, qui solum urbem Tagrit retinuerunt. B. tentavit pariter nestorianismum in Armeniam inducere, sed frustra; nam episcopi in concilio Valaršapat (491) anathema dixerunt non solum contra Chalcedonense concilium sed etiam contra B.

Interea post electionem Acacii convocatum fuerat concilium nationale ad quod B. venire renuerat sive vere sive ficticie impeditus. Ceterum ipse professus est oboedientiam Acacio et improbavit acta in conciliabulo Beth Lapaṭensi. Concilium ergo celebratum est Seleuciae-Ktesiphontis (486) absente B. et suffraganeis eius, in eoque non solum prohibitus est caelibatus clericis non religiosis, sed etiam formulae nestorianum sensum habentes solemniter proclamatae sunt. Ergo B. simul cum Narsai auctor principalis fuit quod Ecclesia persica nestorianismum amplecteretur. B. mortuus est intra annos 492-95.

Studia: J. LABOURT, Le christianisme dans l'empire perse sous la dynastie sassanide, Paris 1904, pp. 131 ss. - A. VÖÖBUS, Les messaliens et les réformes de Barçauma de Nisibe dans l'Eglise perse, Pinneberg 1947.

SCRIPTA

Perierunt scripta B. quae constabant homiliis, hymnis, epistolis et sermonibus. Tribuitur « consecratio » quaedam B. quae probabilissime est una ex orationibus quae habentur in Rituali consecrationis altaris ab Išo'jahb III compilato (ed. Urmiae). Conservatae sunt 5 epistolae B. quarum 4 ad Acacium, in quibus dolet de sua inoboedientia contra Baboj. Aliqua fragmenta restant pariter synodi Beth Lapaṭensis, quae ipso B. praeside celebrata est.

Editio: J. CHABOT, Synodicon Orientale, pp. 525-39 [epistulae]; pp. 621-25 [Acta Beth Lapaṭensia]. - « consecratio »?: Liturgia SS. Apostolorum Adaei et Maris, Urmiae 1890, pp. 133-4.
Studia: BAUMSTARK, 108-9.

§ 48. Statuta Scholae Nisibis.

Origo huius Scholae considerari potest Schola Edessae, dicta etiam « persarum », in qua frequentes erant saec. V alumni persae. Cum autem illa Schola, maxime opera Ibae rectoris, doctrinis nestorianis imbueretur nihil mirum est primos promotores Scholae Nisibis, Bar Ṣaumam et Narsai, qui et ipsi alumni Edessae fuerant, germina nestorianismi secum tulisse. Immo Narsai rector Edessenae Scholae per 20 annos, cum inde an. 457 expelleretur et Nisibim veniret, ibi, amico Bar Ṣauma exhortante, Scholam fundavit aut transplantavit, eamque per 40 circa annos rexit.

Hoc tempore scripta sunt S. S. N. quae probabilissime Statuta Edessae plus minusve iterant, et quae 21 oct. 496 vim iuridicam adepta sunt. Sunt vero prima nobis nota Statuta cuiuslibet Scholae christianae. Schola Nisibis maximam partem habuit in nestorianizatione Persiae. Ipsa enim plures episcopos nestorianos formavit, inter quos Mar Aba I, Abraham de Kaškar, Išo'jahb I et Sabrišo'. Tempore Mar Aba I circa 800 alumni eam frequentabant. Versus an. 832, fundata Schola in Bagdad, nisibena decidit. De Schola Nisibis tractarunt Barḥadbešabba PO IX 588-615 et « Causa fundationum scholarum » PO IV, 381-87.

S. S. N. haec praecipua continent. Alumni in convictu vivebant, ad modum hodiernorum Seminariorum, sub Rectore (Rabbān) et Magistro domus qui disciplinam et oeconomiam curabat. Duo erant professores quorum primus, « Interpres », explanabat Scripturam sub ductu operum Theodori Mopsuesteni. Alter appellabatur « Magister lectionum ». Labor peragebatur in communi aula studii, ubi diversa erant scamna pro sacerdotibus et reliquis. Studia per 3 annos protrahebantur. Regimen Scholae ab episcopo locali fere exemptum erat. Alumnis sine venia vetitum erat in partes « romanorum » abire.

Ed. I. Guidi, Giornale Soc. Asiat. Ital. 4 (1890) 165-95. - *Vers. germ.*: E. Nestle, ZKg 18 (1898) 211-29.
Studia: A. Scher, Schola Nisibis, eius origo, statuta et viri celebres [arabice] Beryti 1905. - H. R. Nelz, Die theologischen Schulen der morgenländischen Kirchen, Bonn 1916, pp. 77-110. - H. Leclerq. DAL XII, 1377-85.

§ 49. Synodicon Orientale.

Ita vocata est ab editoribus collectio canonica maximi momenti quae comprehendit synodos nationales Seleuciae-Ktesiphontis ab initio saec. V ad finem saec. VIII celebratas, quae proinde hoc tempore compilata iure dicitur. Mss. quidem recentioris sunt aetatis, sed sine dubio antiquos et fidedignos fontes transcribunt.

En summarium: Synodus Mar Isaaci (an. 410); Mar Jahballaha I (420); Mar Dadišo' (424); Mar Acacii (486); Bar Ṣaumae Nisibeni (484); Mar Babaj (497); Mar Abae I (544); Mar Josephi (554); Mar Ezechielis (576); Mar Išo'jahb I (585); Mar Sabrišo' I (596); Mar Gregorii I (605); Mar Gregorii II (676); Mar Ḥenanišo' (775); Mar Timothei I (790). Exstant et aliquae appendices.

Haec prima collectio canonica potissimus est fons ad historiam Ecclesiae in Persia illa epocha in qua primum autonoma facta est et deinde in nestorianismum incidit.

S. O. efformat alteram partem in ms. Borgiano K. VI, 4 dum prima pars continet sine ordine documenta quae ad Marutham Maipherkatensem et ad Mar Abam referuntur. In tertia vero parte plura alia documenta traduntur quae sive ad theologiam sive ad ius canonicum momentum prae se ferunt.

Haec nota de synodo an. 410 sub Isaaco. Post versionem symboli Nicaeni promulgantur, quasi nicaeni, 21 canones qui tamen non omnino cum illis concordant, licet 2, 3, 4, 6 nicaenos referre pateat. Unde confusio facta est? Cum Marutha notitiam authenticorum canonum Nicaeae sed etiam aliorum conciliorum saec. IV episcopis persis communicaverit, forsan inde permixtio nata est. Dubitare licet utrum in eadem synodo promulgati sint illi alii 73 Canones qui inspirati sunt in disciplina graeca saec. IV (*vers. germ.*: O. Braun, De sancta nicaena synodo, Münster 1898) et continentur in priore parte recensiti codicis.

Praeter illos pseudonicaenos canones qui referuntur in S. O. alii postea pseudonicaeni, falso dicti « arabici », compositi sunt, qui in eodem codice inveniuntur et ab eodem O. Braun versi sunt.

Ed.: J. B. Chabot, S.O., Paris 1902.
Vers. germ.: O. Braun, Das Buch der Synhados, Stuttgart-Wien 1900.
Studia: J. M. Vosté, Discipline Chaldéenne I. Droit ancien (Codific. can. or. Fonti. Fasc. IV) Città del Vaticano 1931. - Dauvillier, s. v. « Droit chaldéen » in DDC.

§ 50. Baboj.

Fuit Katholikos Seleuciae-Ktesiphontis, + 484.

Educatus doctrina iranica, conversus est in christianismum. Ab imperatore Peroz per plures menses vinculis coniectus est. Cum autem B. ad imp. Zenonem supplicantem epistulam mitteret, et haec intercepta esset, B. morte punitus est. Theologicis doctrinis sive disciplina a coaevo Bar Ṣauma aperte discrepavit et persecutionem passus est.

Conservatur narratio suae mortis non multo post scriptam (*ed.* P. Bedjan, AMS 2, 631-4).

Vix probabile est genuinam esse epistulam argumenti ascetici quae sum nomine B. in ms. tardiore et per traditionem monophysiticam ad nos pervenit. Ms.: *Brit. Mus.* Add. 17262 saec. XII [ineditum]

Studia : BAUMSTARK, 107.

§ 51. Acacius (Aqaq) Katholikos.

Fuit Katholikos Seleuciae-Ctesiphontis ordinatus 483-5 et + 496. Simul cum Baboj sese contra Bar Ṣaumam opposuit. Sub ipso habita est an. 486 Seleuciae-Ctesiphontis synodus nationalis.

Ed. synodi : J. B. CHABOT, Syn. Or. 53-61. - *Vers. gall.* : ib. 299-307. - *german.* : O. BRAUN, Das Buch der Synhados 59-64.
Studia : BAUMSTARK 109. - W. F. MACOMBER, The Christology of the Synod of Seleucia-Ctesiphon A.D. 486, OCP 24 (1958) 142-54.

§ 52. Babaj.

Katholikos Seleuciae-Ctesiphontis ordinatus an. 497, + 502-3, qui prius a secretis praefecto Beth Aramaje fuerat. Sub B. celebrata est Seleuciae-Ctesiphontis synodus an. 497 in qua Bar Ṣaumae machinationes contra caelibatum cleri receptae sunt.

Ed. synodalium actorum : J. B. CHABOT, Synod. Or. 62-8. - *Vers. gall.* : ib. 310-17. - *vers. germ.* : O. BRAUN, Das Buch der Synhados, 85-92.
Studia : BAUMSTARK 113.

§ 53. Abraham de Beth Rabban.

Floruit saec. VI. Adulescens 15 annorum confugit ad Narsai vitae monasticae gratia. Deinde per 60 annos rexit Scholam Nisibis quam ultra 1000 alumni frequentabant et cui novum et amplum aedificium erexit. A. dicitur composuisse plures commentarios exegeticos et Historiam Scholarum. Ei tribuitur in Chaldaeorum Breviario « tešboḥta » pro nocte secundae feriae.

Ed. : *Brev. Chald.* 42. - *Vers. anglica* : J. A. MACLEAN, East syr. daily Off. p. 98.
Studia : BAUMSTARK, 115.

§ 54. Ioannes (Joḥannan) de Beth Rabban.

Fuit luminare Scholae Nisibis sub regimine parentis sui Abraham et a. 566-7 peste mortuus est.

Narratur J. plura theologica opera, nobis amissa, composuisse. Tribuitur ei « tešboḥta » e nocturno feriae sextae in Breviario Chaldaeorum.

Ed. : *Brev. Chald.* 91 s. - *Vers. angl.* : J. A. MACLEAN, East syr. dayly Off. p. 100-1.
Studia : BAUMSTARK, 115-16.

§ 55. Ioseph (Jauseph) Huzaya.

Hic Josephus ex antiqua Susiana oriundus et discipulus Narsai, primus inter christianos syros orientales grammaticales quaestiones tractavit. Curavit vero punctuationis systema quod vocabula eisdem consonis constantia diversimode vocales sumerent quae diversis sonis responderent. Dicitur J. vertisse Dionysii Thracis Τέχνη.

Ed. : A. MERX, Historia artis gramm. apud syros, Leipzig 1889, pp. 8, 28, 30, 68, 99-102.
Studia : BAUMSTARK, 116-17.

§ 56. Mar Aba I, Katholikos.

Restat biographia anonyma eventibus sat proxima quae M. A. vitam describit (ed. P. BEDJAN, Histoire de Jabalaha et de trois autres Patriarches, Paris, 1895 pp. 206 87, versa in *german.* linguam a O. BRAUN BKV 37, pp. 188-220). His accedit Synodicon Orientale et quaedam notitia apud Cosman Indicopleusten (PG 88,73).

M. A. natus est ad Tigrim sub fine saec. V parentibus mazdeistis. Ipse, conversus in christianismum adulescens, frequentavit Scholam Nisibis. Venit deinde extra Persiam ut de fide cum Sergio, forsan Reš'ainae, disputaret ; Edessae versatus est ubi ab amico Thoma graecam linguam didicit. Cum eo exinde percurrit Palaestinam, Aegyptum, ubi Patres deserti visitavit, Graeciam et Byzantium. In hoc itinere, probabilius Alexandriae, a Cosma

Indicopleuste cognitus est. M. A. debuit Byzantio fugere, probabilius propter dogmaticas difficultates, venitque Nisibim animo se monachismo dedicandi. Tamen coactus est in Schola docere, quo tempore commentarios scripsit qui hodie non perstant.

Eo tempore contentio magna erat in Persia; duo enim Katholici se legitimos faciebant. Mortuo vero Katholiko Paulo, electus est unanimi consensu M. A. an. 540, cum et scientia et virtute praestaret. M. A. aggressus est correctionem schismatis, quo fine regiones meridionales visitavit venitque Kaškar, in Mesenem, in Persidem usque ad Rewardašir. Ubique illegitimis episcopis depositis, unicam hierarchiam instauravit. Visitatio conclusa est synodo in Beth Lapaṭ, quae promulgavit canones contra incestus laicorum. Exstat narratio synodalis tum concilii tum praecedentis visitationis (cfr. J. B. Chabot, Synod. Orient. 69-95; vers. gall. 318-51). M. A. fundavit Scholam theologicam Seleuciae-Ktesiphontis initio an. 541. Cum autem bellum oriretur inter romanos et persas, magi animum imperatoris contra christianos excitarunt. Ipse M. A. accusatus relegatus est in remotum oppidum. Sed populus et episcopi frequentissimi ad eum concurrebant ita ut diceretur « montes et culmina Adherbaidiani plana facta esse gressibus sanctorum ». Immo ibi celebrata est synodus nationalis (a. 544) quae sex constitutiones promulgavit: 1) Canones supradictae synodi Beth Lapaṭensis 2) Epistulam de orthodoxia fidei 3) De moribus honestis normas 4) De depositione intrusorum 5) Canones de regimine ecclesiasticorum in quibus electio omnium episcoporum in Persia Katholiko reservabatur. 6) « Practica » seu declarationes praecedentium. Haec duo ultima documenta a M. A. durante captivitate exarata erant (*ed.* op. cit. et ib. 545-50; *vers. gall.* 555-61). An. 548 ab apostata accusatus, fugit venitque Seleuciam-Ktesiphontem. Cum vero Chosroes I stuperet, M. A. respondit se malle ab imperatore quam ab apostata occidi. Iubente imperatore M. A. iterum in vincula coniectus est ita tamen ut simul munere suo fungi posset. Cum vero an. 551 filius Chosrois contra patrem rebellaret, hoc exhortante M. A. Persiam perlustravit ut christianos a rebellione arceret. Quare omnimoda dein libertate donatus + 29-11-552.

Studia: J. Labourt, Le christianisme dans l'empire perse, sous la dynastie sassanide (224-632), Paris 1904, pp. 163-91. - Baumstark, 119-20. - E. Tisserant DThC XI, 178-83. - P. Peeters, Observations sur la Vie syriaque de M. A., catholicos de l'Eglise perse (540-52), Miscellanea Giov. Mercati V, Città del Vaticano 1946, pp. 69-112.

Scripta

Praeter canonica scripta quae nunc recensebamus et quae M. A. auctorem saltem praecipuum habent, tribuuntur M. A. versiones tum V. Testamenti, cuius vix vestigia restant, tum simul cum Thoma liturgiae eucharisticae byzantinae coaevae, quae sub auctore Nestorio aut Theodoro Mopsuesteno posita erat. M. A. primum syriacum opus iuris canonici composuit, nempe compendium iuris matrimonialis in quo fratrum nuptias, apud persas frequentes, severe reprehendit. Utrum « canones » psalterii nestoriani M. A. auctorem habuerint, propter recentem aetatem codicum non liquet.

Ed. liturgiae Nestorii et Th. Mops.: Liturgia SS. Apost. Adaei et Maris cui accedunt duae aliae..., Urmiae 1890, pp. 40-51. - *Vers. anglica*: P. G. Badger, The syr. Liturgies of the Apostles... Theodorus... and... Nestorius, London 1875. - Idem, The Nestorians and their Rituals, London 1852, vol. II, 215-43, - *latina*: R. Renaudot, Liturg. Collect. 2, 620-32.

Ed. comp. canonici: E. Sachau, Syrische Rechtsbücher, Berlin 1914, 255-8.

Studia: Baumstark, 119-20. - Idem, Griechische und hebräische Bibelzitate in der Pentateucherklärung Išoʿdads von Merw, OC II, 1 (1911) 1-19. - J. M. Vosté, Les citations syrohexaplaires d'Išoʿdad de Merw dans le commentaire sur les psaumes, Bi. 26 (1945) 19-21.

Doctrina

Christologia epistulae de fide orthodoxa nihil continere videtur quod positive sit haereticum. Ex professo dicitur Christum esse unicum Filium Dei: non admittendam esse quaternitatem in Deo: « Filium » simul et divinitatem et humanitatem dicere. Videtur M. A. nestorianismum non adeo plenum ac Bar Ṣauma docuisse.

§ 57. Paulus Nisibenus.

Per 30 annos rexit scholam quandam Arbelae, ab Abraham de Beth Rabban missus. Ordinatus est episcopus Nisibis a Mar Aba I an. 551, ut probabilius est, et adfuit synodo Seleuciae-Ktesiphontis an. 554. Aliquamdiu Byzantii degit ibique controver-

siam dogmaticam tenuit de qua ad medicum Qiswai refert in scripto adhuc inedito (*Brit. Mus.* Add. 14535, saec. IX, fol. 16° v ss).

Probabilior opinio (Mercati) tenet hunc P. eundem esse ac illum a Junilio Africanó tunc temporis Byzantii admiratum, et disputationem eandem esse ac graecam illam nobis saltem ex parte conservatam inter « persam » et manichaeum Photinum. P. + an. 571.

P. composuit opus de textu biblico quod copiose adhibuit Julianus in suis « Institutis regularibus divinae legis » (PL, 58, 15-42).

Ed. disputationis : Giov. MERCATI, Per la vita e gli scritti di « Paolo il Persiano ». Appunti da una disputa di religione sotto Giustino e Giustiniano, Studi e Testi, 5, Roma 1901, pp. 180-206.

Studia : H. KIHN, Theodorus von Mops. und Junilius Africanus als Exegeten, Freiburg i. Br. 1880. - G. MERCATI, op. cit. - BAUMSTARK 120-21.

§ 58. Thomas Edessenus.

Non confundendus cum Thoma Edesseno qui Mar Abam I graecum docuit et mortuus est Byzantii, noster Th. fuit discipulus successor in cathedra eiusdem Mar Abae I. Floruit ergo saec. VI.

Th. fertur, cum iure ut videtur, esse auctor tractatuum de festis Natalis Domini et Epiphaniae. Alia opera, secus deperdita, ei tribuuntur.

Ed. tractatus de Natali : S. J. CARR, Th. Ed. tractatus de Nat. D.N.J. Chr., Romae 1898. - [fragmentum alterius] : G. DIETTRICH, Nachr. d. Ges. - d. Wiss. zu Göttingen, pp. 200-01. - [elenchum completum capitulorum] : A. BAUMSTARK, Die nestorianischen Schriften « de causis festorum », OC 1, (1901) 324-5.

Studia : G. DIETTRICH loc. cit. 196-202. - BAUMSTARK 121-22 : Idem, op. cit. pp. 320-42.

§ 59. Cyrus (Qijore) Edessenus.

Fuit magister in Schola Nisibis saec. VI et postea aliam in Ḥirta fundavit.

Tractatus Thomae Edesseni de festis C. E. complevit scripsitque de Quadragesima, de V et VI feria Hebdomadae Maioris, de Paschate et de Pentecoste.

Mss. hos tractatus continentia, hucusque inedita, recensita sunt a A. BAUMSTARK, Die nestorianischen Schriften « de causis festorum », OC 1 (1903) 325-9 ; cfr. p. 334-5.

Studia : BAUMSTARK 122.

§ 60. Theodorus ep. in Merw.

Discipulus Mar Abae I, floruit saec. VI. Ei tribuuntur ab antiquis scripta de re philosophica et exegetica. Recusanda est genuinitas poematis de s. Eugenio et de graecis quae a saec. XIV affirmata est. Videntur nostro Th. dicata esse aliqua opera a Sergio Reš'ainae.

Studia - BAUMSTARK 122.

siam dogmaticam tenuit de qua ad medicum Qiswai refert in scripto adhuc inedito (*Brit. Mus.* Add. 14535, saec. IX, fol. 16º v ss).

Probabilior opinio (Mercati) tenet hunc P. eundem esse ac illum a Junilio Africano tunc temporis Byzantii admiratum, et disputationem eandem esse ac graecam illam nobis saltem ex parte conservatam inter « persam » et manichaeum Photinum. P. + an. 571.

P. composuit opus de textu biblico quod copiose adhibuit Julianus in suis « Institutis regularibus divinae legis » (PL, 58, 15-42).

Ed. disputationis : Giov. MERCATI, Per la vita e gli scritti di « Paolo il Persiano ». Appunti da una disputa di religione sotto Giustino e Giustiniano, Studi e Testi, 5, Roma 1901, pp. 180-206.

Studia : H. KIHN, Theodorus von Mops. und Junilius Africanus als Exegeten, Freiburg i. Br. 1880. - G. MERCATI, op. cit. - BAUMSTARK 120-21.

§ 58. Thomas Edessenus.

Non confundendus cum Thoma Edesseno qui Mar Abam I graecum docuit et mortuus est Byzantii, noster Th. fuit discipulus successor in cathedra eiusdem Mar Abae I. Floruit ergo saec. VI.

Th. fertur, cum iure ut videtur, esse auctor tractatuum de festis Natalis Domini et Epiphaniae. Alia opera, secus deperdita, ei tribuuntur.

Ed. tractatus de Natali : S. J. CARR, Th. Ed. tractatus de Nat. D.N.J. Chr., Romae 1898. - [fragmentum alterius] : G. DIETTRICH, Nachr. d. Ges. - d. Wiss. zu Göttingen, pp. 200-01. - [elenchum completum capitulorum] : A. BAUMSTARK, Die nestorianischen Schriften « de causis festorum », OC 1, (1901) 324-5.

Studia : G. DIETTRICH loc. cit. 196-202. - BAUMSTARK 121-22 : Idem, op. cit. pp. 320-42.

§ 59. Cyrus (Qijore) Edessenus.

Fuit magister in Schola Nisibis saec. VI et postea aliam in Ḥirta fundavit.

Tractatus Thomae Edesseni de festis C. E. complevit scripsitque de Quadragesima, de V et VI feria Hebdomadae Maioris, de Paschate et de Pentecoste.

Mss. hos tractatus continentia, hucusque inedita, recensita sunt a A. BAUMSTARK, Die nestorianischen Schriften « de causis festorum », OC 1 (1903) 325-9 ; cfr. p. 334-5.

Studia : BAUMSTARK 122.

§ 60. Theodorus ep. in Merw.

Discipulus Mar Abae I, floruit saec. VI. Ei tribuuntur ab antiquis scripta de re philosophica et exegetica. Recusanda est genuinitas poematis de s. Eugenio et de graecis quae a saec. XIV affirmata est. Videntur nostro Th. dicata esse aliqua opera a Sergio Reš'ainae.

Studia - BAUMSTARK 122.

Caput II

AUCTORES NESTORIANI SECUNDA MEDIETATE SAEC. VI

Hoc tempore nestorianismus in Persia internas pugnas subiit nam Ḥenana magister nisibenus contra doctrinas Nestorii non sine favore aulae imperialis decertavit. De eo, utpote monophysita, alibi (cfr. § 114) tractamus. Synodi et theologi nestoriani contra doctrinam Ḥenanae efficaciter luctarunt.

Semper frequentiores et illustriores sunt auctores ascetici inter quos nominandi sunt Abraham Kaškarensis et Dadišoʿ qui pro monachis in montem Izla confugientibus primas regulas exararunt. Huic tempore adscribendus est etiam Gregorius, monachus in Cypro. Tandem egregia opera historica a duobus Barḥadbešabba his annis composita sunt.

§ 61. Ioseph (Jauseph) Katholikos.

Postquam per plures annos in imperio romano versatus sit ibique scientiis profanis, maxime medicina, vacaverit, in monasterium prope Nisibim venit. Favore praefecti provinciae et postea ipsius Chosrois I gaudens, Katholikos electus est an. 552 et + an. 575-6. Astutus et mundanis criteriis inductus debuit tamen, instantibus episcopis, an. 554 synodum Seleuciae-Ktesiphontis ad castigandos mores tenere, quod 23 canonibus curatum est. J. dictus est falsificator epistularum quae Mar Papae nomine apparuerunt; quod tamen non omni ex parte verum est dicendum, cum aliqua ex epistulis in antecedenti synodo lecta sit.

Ed. actorum et canonum synodi 554 : J. B. Chabot, Syn. Or., 96-19 - *vers. gall.* : ib. 352-67. - *germanica* : O. Braun, Das Buch der Synhados, 146-63.
Ed. e ms. *Vat.*, olim K VI, 4 [solius ep. ad Helenam] : H. Gismondi. Ling. syr. gramm. et chrestomatia cum glossario 2. ed. Romae 1900, pp. 30-32. - *vers. germ.* totius : O. Braun, ZKT 18 (1894) 164-82.
Studia : Baumstark 124.

§ 62. Bud.

B., qui erat periodeutes saec. VI, vertit, sine dubio e versione pehlewi, romanticam narrationem indicam Kalilae et Damnae. B. dicitur alia scripta theologica et philosophica exarasse.

Ed. G. Bickell, Das Buch von Kalilag und Damnag, Leipzig 1876. - F. Schulthess, Kalila und Dimna, Berlin 1911. - *vers. germ.* in utroque op. cit.
Studia : Baumstark 124-5.

§ 63. Ezechiel (Ḥazqiel) Katholikos.

Prius ep. in Zab magnam consuetudinem cum Mar Aba I habuit. Katholikos, favente Chosroe I, electus an. 569-70, celebravit an. 576 synodum Seleuciae-Ktesiphontis quae praeter aliquos canones ad ipsam vitam socialem cognoscendam valde utiles, promulgavit formulam fidei acerrimum nestorianismum, probabilissime contra deviationes Ḥenanae, defendentem. E. + 580-1.

Ed. actorum synodi : J. B. Chabot, Syn. Or., 110-29. - *vers. gall.*. ib. 368-89. - *germanica* : O. Braun, Das Buch der Synhados, 164-90.
Studia : J. Labourt, op. cit. 201-07. - Baumstark 126.

§ 64. Išoʿjahb I, Katholikos.

Natus in Beth ʿArbaje, studia in Schola Nisibis sub Abraham perfecit. Annis vero 569-71 ipse rexit illam Scholam. Dein factus est ep. in Arzon et, favente Hormizda IV, an. 581 ordinatus est Katholikos Seleuciae-Ktesiphontis. I. venisse ad imperatorem Mauricium, ut quaedam traditio ferebat, eique formulam fidei orthodoxam praebuisse incredibile est quia pugnat tum cum actis in synodo an. 585 circa fidem tum quia post paucos annos Chosroem II ad Mauricium pergentem sequi noluit, quare Chosroes I. malevolo animo fuit. I. mortuus est an. 596 cum ad recenter conversum principem arabem Nuʿman Ḥirtensem iret, fuitque a sorore Hind in monasterio ab ea fundato sepultus.

Studia : Baumstark 126.

Scripta

Synodus ab I. an. 585 Seleuciae-Ktesiphontis congregata promulgavit 31 canones quorum 2. defendit orthodoxiam Theodori Mopsuesteni. Hoc explicari potest ut antithesis tum contra magisterium Ḥenanae tum contra Concilium Trium Capitulorum quod an. 553 Mopsuesteni opera omnia damnaverat. Conservantur etiam epist. I. ad Jacobum ep. in Darai, in insula Baḥrein, in qua traduntur 20 canones ad disciplinam liturgicam spectantes, praeterea formula fidei, et tractatus de Trishagio.

Ed. [synodi a. 585]: J. B. CHABOT, Syn. Or. 130-165. - *vers. gall.* pag. 390-424. - *germ.* O. BRAUN, Das Buch der Synhados ,191-236.
Ed. [epist. et formula]: CHABOT, ib. 166-96. - *vers. gall.* 424-55. - *germ.*: BRAUN, 237-77. - de Trishagio: G. FURLANI, RSO 7 (1917) 687-715.

Doctrina

Canon 2. synodi Mopsuestenum eiusque doctrinam maximis laudibus cumulat et vetat ne quis illum magistrum aperte aut clam offendat. Alluditur ad « haereticos — iuxta 1 canonem — qui in sua insania audent tribuere Verbo in natura et persona suae deitatis proprietates et passiones naturae humanae Christi, quae interdum tribuuntur Deo secundum oeconomiam sed non secundum naturam ». In symbolo vero, quod caret voce « theotokos », reprehenditur quod passio et mors tribuantur Verbo. Hic vero illas recepit « in templo corporis sui per oeconomiam ».

§ 65. Barḥadbešabba de Arbaia.

B. erat « presbyter et interpres » « caput doctorum » in schola Nisibis sub fine saec. VI, et praeter alia opera nobis deperdita quae meminit Ebedjesu (cfr. ASSEMANI, BO III, 1, 169), composuit « Historiam Ecclesiasticam » quae titulum habet: « Historia sanctorum Patrum qui propter veritatem persecutionem sustulerunt ».

B. probabilius non est identicus cum coaevo Barḥadbešabba de Halwan (cfr. § 66) nam nimis discrepant in nuntiis de Schola Nisibis.

« Historia Ecclesiastica » quae in solo ms. *Brit. Mus. Or.* 6714 saec. IX-X continetur, compilat breves monographias incipiendo ab epocha arianismi et concludendo cum nestoriano Mar Abraham (+ 569). In 32 capitulis sermo est de Ario et de concilio Nicaeno, de Eustathio antiocheno, de Athanasio, de Georgio macedone, de Eudoxio, de Gregorio Thaumaturgo, de Aetio et Eunomio, de Basilio, de Flaviano Antiocheno, de Diodoro Tarsensi, de Chrysostomo, de Theodoro Mopsuesteno, de « pio » Mar Nestorio. Reprehenditur Cyrillus et simili criterio narrantur acta in concilio Ephesi et tempore subsequenti. Tandem elogium fit Narsetis et Abrahami. His capitibus praemittitur elenchus haeresum, qui fere identicus est cum illo quem Maruthae Maipherkatensi tribuimus a quo pendet quemque complet adiuncto inter haereticos Cyrillo.

Inter fontes a B. usurpatos recogniti sunt Socrates, Theodoretus, « Liber Heraclidis » Nestorii et alii. Adhibet simul alios fontes qui videntur incogniti. Ideo et quia provenit e campo nestoriano opus B. valde utile est ad historiam praesertim saec. V.

Editio: F. NAU, PO IX, 490-631 [secunda parss]; PO XXIII, 177 343 [1 pars].
Versio gallica; ibid.
Studia: BAUMSTARK, 136.

§ 66. Barḥabdešabba Ḥalwanensis.

In ms. *N. D. des Sémences* 52 saec. XV habetur sermo cui titulus: « Causa fundationis scholarum ». In alio vero recentiore ms. (*Séert* 82 saec. XVI) inducitur ut auctor: « Mar Barḥadbešabba ʿArbaia, episcopus de Ḥalwan ». Inique, ut videtur, confusio fit inter Barḥadbešabba Arbaia, auctorem Historiae Ecclesiasticae et alterum coaevum homonymum, auctorem nostrum, qui an. 605 adfuit synodo Seleuciae-Ctesiphontis ut episcopus Ḥalwanensis. Huius dualitatis argumenta non levis ponderis sunt quod Ebediesu, recensens opera B. Arbaia, nullatenus hunc sermonem commemoret, quodque uterque B. de historia scholae Nisibis narrationes non valde concordes componant.

B. Ḥ. in ipsa schola Nisibis sub Ḥenana magistro (575-610 ?) studuerat et cum hunc sermonem exaravit adhuc magister scholam regebat. Hic ergo sermo, qui quasi inauguralis anni academici concio teneri posset, compositus est ante annum 604 quo Katho-

likos Sabrišo' hic ut vivus commemoratus mortuus est sed post a. 581 quo anno Išo'jahb de Arzun, ad Katholikatum elevatus est, quod et auctor refert.

Sermo aperitur elucubrationibus philosophico-theologicis de Deo et creatione, de diversitate substantiali creaturarum, de nostra cognitione Dei. In his disquisitionibus, quae iam sub influxu philosophiae graecae iacent, nota utiles sententias ad intelligentiam vocum syriacarum « itutha » « kejana » aliarumque.

Potioris autem utilitatis sunt ea quae, post descriptas alias « scholas » — Adami, Moysis, Ioannis Baptistae, Iesu Christi, Apostolorum, alexandrinae non benigne illustratae — narrantur de ortu scholae quae prius Edessae constituta a s. Ephraemo dein per Narsai ad Nisibim translata est, illustratur series doctorum quorum ultimus Ḥenana Adiabenes non videtur hucusque a traditionali nestorianismo scholae recesisse.

Editio : A. SCHER, PO IV, 31 -97.
Versio gallica : A. SCHER, ibid.
Studia : BAUMSTARK, 13 -349.

§ 67. Gregorius monachus Cypri.

Persa erat genere et mercator. Dein post visiones accessit ad vitam solitariam Edessae ubi a Moyse litteris instructus est. Hinc venit in vicinum montem Izla ubi silentio et contemplatione vacavit. Inde in insulam Cyprum se recepit. Sed paulo ante mortem regressus est ad montem Izla.

Inde ab Assemani omnes docti putaverunt G. fuisse magistrum Epiphanii ep. Salaminae et proinde secunda medietate saec. IV floruisse. Sic Baumstark, Duval, Mingana etc. Sed I. Hausherr attento examine demonstravit G. fuisse monachum nestorianum saec. VI-VII, coaevum Arcadii ep. Cypri.

G. auctor est libri sermonum « de Theoria sancta » nempe de contemplatione, ubi plura refert ab Evagrio desumpta, et libri epistularum, quibus discipulus Theodorus addidit tertium interrogationum et responsionum dictum de visionibus. Praecipuus est codex *Vat. Syr.* 123 saec. VIII.

Ed. : I. HAUSHERR, G. m. C. de Theoria sancta... Roma 1937 [cum *vers. lat.*]. - Epistulae ad discipulos Epiphanium et Theodorum sunt ineditae.

Studia : ASSEMANUS, BO, 1, 170-74. - A. MINGANA, Expositor, 8 Ser,. vol. 9 (1919) 365-78. - BAUMSTARK, 57-58. - J. B. CHABOT, Littératur syriaque, Paris 1934, p. 57 (dubitanter). - I. HAUSHERR, op. cit. - Idem, Aux origines de la mystique syrienne : Grégoire de Chypre ou Jean de Lycopolis? OCP 4 (1938) 497-520.

§ 68. Gregorius (Grigor) I, Katholikos.

Natus in Perat docuit ut exegeta in Schola Seleuciae-Ktesiphontis et an. 605 ordinatus est Katholikos. Fuit valde cupidus. Mortuus est a. 608-9. Eius tempore celebrata est Seleuciae-Ktesiphontis synodus in qua per formulam fidei nestoriani sensus Theodori Mopsuesteni memoria et doctrina defenditur. Proscribitur pariter abusus monachorum girovagorum.

Ed. J. B. CHABOT, Syn. Or. 207-14. - *vers. gall.* 471-9. - *germ.* : O. BRAUN, Das Buch der Synhados, 298-306.
Studia : BAUMSTARK, 128.

§ 69. Michael magister Nisibenus.

Cum fuisset in Schola Nisibis discipulus Ḥenanae, hunc posterius impugnavit. Floruit ergo vertente saec. VI ad VII.

M. tribuuntur tractatus de festo Mariae Virginis post Natale Domini (cfr. descriptiones mss. apud A. BAUMSTARK, Die nestorianischen Schriften « de causis festorum », OC I [1901] 333-4) necnon scripta contra Jacobitas de somnis, de homine microcosmo et collectio definitionum quae omnia in mss. tardioribus inedita iacent.

Studia : BAUMSTARK 129.

§ 70. Nathanael (Natniel) ep. in Sirzor.

Alumnus in Schola Nisibis et dein ep. in Sirzor, imperante Chosroe II, ante an. 628 crucifixus est ideo quod e suo loco praefectum militiae expulit qui ecclesias destruxerat.

N. auctor fuit commentarii in psalmos.

Ed. : B. VANDENHOFF, Exegesis psalmorum praecip. messianicorum, Rheine 1899, pp. 13-5. - *vers. lat.* 24-26.
Studia : BAUMSTARK 129-30.

§ 71. Abraham e Kaškar.

Natus an. 503 + 8-1-588. Juvenis fuit missionarius apud arabes. Visitavit Eegyptum ubi monachos Sketes adivit. Dein venit in Scholam Nisibis. Sed amore solitudinis confugit ad montem Izlam in cuius culmine deinde celebre monasterium erexit. Huic Regulam dedit nobis conservatam quare iure A. habetur ut praecipuus pater vitae monasticae apud nestorianos. Tribuitur A. quaedam *tešboḥta* in Breviario Chaldaico.

Ed. regulae : J. B. CHABOT, Rend. Acc. Lincei 7 (1898) 41-51. - *vers. lat.* 51-59.
Ed. tešboḥtae : Breviarium Chaldaeorum 2, 67-8. - *vers. angl.* A. J. MACLEAN, East syr. daily Office, 215.
Studia : BAUMSTARK 130-31, - Th. HERMANN, Bemerkungen zu den Regeln des Mar A. und Mar Dadischo vom Berge Izla, ZNTW 22 (1923) 286-98. - J. VAN DER PLOEG, Oud.-Syrisch monniksleven, Leiden 1942.

§ 72. Dadišo' abbas in Monte Izla.

D. successor fuit fundatoris Abraham in regimine monasterii in Monte Izla et + an. 604. Natus erat an. 529 in Beth Daraje et solitudinem monachalem in Adiabene coluerat. Dedit novas Regulas monasterio Izlae, quarum prima praescribit doctrinam quae cum Diodoro, Theodoro Mopsuesteno et Nestorio sit consona. Dum aliqui, inter quos novitii, vitam coenobiticam agerent alii prope monasterium proprias cellas ad vitam solitariam habebant.

Ed. regularum : J. B. CHABOT, Rend. Acc. Lincei 7 (1898) 77-90. - *vers. lat.* 91-99.
Studia : BAUMSTARK 130-31. - Th. HERMANN, Bemerkungen zu den Regeln des Mar Abraham und Mar D. vom Berge Izla, ZNTW 22 (1923) 286-98. - J. VAN DER PLOEG, op. cit.

§ 73. Abraham de Nathpar.

Nathpar seu Nepthar in Adiabene fuit locus originis A. qui floruit initio saec. VII. Iuvenis coluit solitudinem per tres annos et dein venit in Aegyptum ut videret monachos pachomianos et

in Palaestinam. Regressus in suam solitariam cellam, ibi alios 30 annos sancte vixit. Traditio quaedam, probabilissime legendaria, refert A. perrexisse in Adherbaidjan ut paganos evangelizaret. A. colitur ut sanctus tum a nestorianis tum a iacobitis.

A. composuit pro lectione spirituali collectionem capitulorum indolis asceticae, numero decem prout fertur, licet non in omnibus mss. idem numerus constet.

Ed. [solius capituli de Missa ut identica cum sacrificio Crucis] : P. BEDJAN, Mar Isaacus Ninivita. De Perfectione religiosa, Paris 1909, 629-32. - *vers. gall.* [praeceptorum et monitorum et 4 capitulorum] : R. TONNEAU, A.d.N., OS 2 (1957) 337-51. - *vers. ital.* [I. capituli] : A. PENNA, A.d.N., RSO 32 (1957) 415-31.
Studia : BAUMSTARK 131. - A. PENNA, op. cit.

§ 74. Babaj Bar Nesibnaje.

Dictus « Nisibenus » quia exinde oriundus, fuit discipulus Abrahami de Kaškar et praefuit parvo monasterio in Monte Izla. Tandem secessit in solitariam cavernam. Floruit initiis saec. VII.

B. auctor est duarum homiliarum « de poenitentia ». In Breviario Chaldaeorum tribuuntur B. plures *tešbeḥatha*.

Ed. [tešbeḥatha] : E. A. WALLIS BUDGE, The Book of Governors 2, 300. - Brev. Chald. 1, 120.183 ; 2, 99-100. - *vers. angl.* : J. A. MACLEAN, East syr. daily Office, 157-8.226-7. - *vers. germ.* [de primo quadragesimae] : J. M. SCHÖNFELDER, Th. Quart. 48 (1866) 193-4.
Sermones « de poenitentia », inediti in mss. Séert 109 : N. D. Sém. 116. 3°.
Studia : BAUMSTARK 132.

§ 75. Šubḥalemaran ep. in Karkā de Beth Selōk.

Floruit vertente saec. VI ad VII. A Chosroe II in exilium missus est propter suam polemicam doctrinam contra monophysitam Gabrielem de Singar, archiatram imperialem.

Plura scripsit praesertim pro monachorum lectione. E « Libro partium » conservatur ultima quae tribus capitibus agit de humilitate Christi, de modo quo gratia unumquemque vocat et de commercio reciproco fratrum sive in solitudine sive in coenobio. Iacet inedita : *Brit. Mus.* Or 6714 saec. IX-X.

Studia : BAUMSTARK 133.

§ 76. Ba'ut monachus.

Floruit vertente saec. VI ad VII et fundavit monasterium in Beth Nuhadra. Videtur auctor hymni de resurrectione Christi (*ed.* fragmenti apud G. CARDAHI, Liber thesauri de arte poetica syrorum..., Romae 1875, pp. 76-7).

Huic monacho apponi possunt alii eiusdem fere temporis, quibus saepe aliqui hymni in Breviario Chaldaeorum adscribuntur. Nempe: Jacobus, fundator monasterii in Beth 'Abe, Abimelech, Isaac, exegeta et fundator monasterii, Adda, Gabriel de Šustrin, Emmanuel de Doqa aut Sargona. (Cfr. Brev. Chald. 43 in singulis tomis; Missale Chaldaicum, Romae 1767, p. 300; Brev. Chald. 346 in singulis tomis; M. UGOLINI, OC 2 (1902) 179-86.)

Studia: BAUMSTARK 133-34.

§ 77. Ḥenanišo' monachus.

Floruit in prima medietate saec. VII. Natus Ḥirtae e genere regis arabum Mundir ibn Nu'mān, venit cum Georgio an. 612 ad aulam imperialem Persiae. Deinde evangelizavit paganos et monasterium in Darad in Beth Garmai fundavit.

Scripsit tractatum antichalcedonensem « contra haereticos » adhuc ineditum (ms. *Berlin* 88 saec. XIII; partim in ms. *Séert* 87).

Studia: BAUMSTARK 134.

§ 78. Bar Sahde.

Natus in Karka de Beth Selok floruit saec. VII ante irruptionem arabum. Scripsit tractatum contra mazdeismum et Historiam Ecclesiasticam cuius restat solummodo narratio de persecutione himjaritarum contra christianos. Haec iacet in mss. *Berol.* 75 (Sachau 222) 34°; aliquod excerptum prodiit in JA 10, 400-1 nota.

Studia: BAUMSTARK 135.

§ 79. Sabriso' I, Katholikos.

S. fuit pastor, monachus, alumnus in Schola Nisibis, missionarius ep. in Lašom et an. 596 ordinatus est Katholikos; mortuus est 18-IX-604. Petrus, eius discipulus, scripsit biographiam.

An. 596, S. praeside, celebrata est synodus Seleuciae-Ktesiphontis in cuius Actis symbolum fidei et documentum submissionis messalianorum monachorum simul cum responsione a S. data continentur.

Nestorianismus dicti symboli laudat quidem Mopsuestenum et omittit titulum *theotokos*, reprehendit eos qui naturas in Christo miscent et qui passiones divinae naturae Verbi tribuunt: simul tamen asserit, nova et aequa sententia: « Deus Verbum passiones redemptionis nostrae in sua humanitate sustinuit ».

Ed. actorum: J. B. CHABOT, Syn. Or. 196-207. - *vers. gall.* 456-70. - *germ.*: O. BRAUN, Das Buch der Synhados, 282-96.
Ed. biographiae Petri: P. BEDJAN, Histoire de Jabalaha, 206-87.
Studia: BRAUN op. cit. 277-82. - BAUMSTARK 128.

Caput III.

NESTORIANI SCRIPTORES AB INEUNTE SAECULO VII AD MEDIUM VIII.

Saec. VII et VIII quod maximam propagationem nestorianismi per totam Asiam centralem usque ad Sinas vidit, elevavit theologiam ad culmen; nam Babaj Magnus inhaerens vestigiis Mopsuesteni et Nestorii doctrinam christologicam nova auctoritate adeo tractavit, ut posteriores theologi nihil de novo addito eius theorias repetiverint. Hoc tempore haec ipsa theologia propter adversitatem invasionis arabum deflectit simulque fama scholae Nisibis obscuratur cui aliae exigui momenti adiunguntur.

Frequentiora sunt his saeculis scripta quae ad ius et ad liturgiam spectant, neque opera ascetica aegyptiacae saepe inspirationi subiectae desiderantur.

§ 80. **Babaj Magnus.**

Natus circa an. 550 in pago Beth ʿAinatha in Beth Zabdai studia per 15 annos peregit eodem loco, docuit deinde in xenodochio Nisibis et tandem ingressus in « magnum monasterium » Montis Izlae monasticam vitam sub Abraham Kaškarensi et sub Dadišoʿ egit. Mortuo (a. 608-9) Gregorio I Katholiko, cum electio successoris ab imperatore impediretur, B. M. a pluribus episcopis rogatus Ecclesiam in Persia rexit. Mortuo vero Chosroe II an. 628 cum B. M. ad katholikatum eligeretur munus recusavit et paulo postea mortuus est.

Studia : J. S. Assemani, BO 3, 88-97. - Baumstark 137-139.

Scripta

Plura scripsit B. M. cui Ebedjesu 83 opera tribuit. Non nisi exigua eorum pars nobis conservata est. Inter quae praecipuum

locum tenet tractatus dogmaticus « de Unione », aliis etiam titulis significatus, in quo aguntur quaestiones de Incarnatione et de Eucharistia.

Ed. A. Vaschalde, CSCHO, Lovanii 1915 [cum *vers. lat.*].

Sunt etiam B. M. duo commentarii in Centurias Evagrii et duo sermones « de lege spirituali » qui sub nomine monachi Marci positi sunt.

Ed. commentariorum : W. Frankenberg, Euagrius Ponticus 8-471. - Sermones sunt inediti in ms. *Brit. Mus.* Add. 17270 saec. IX, de quibus cfr. P. Krüger, Überlieferung und Verfasser der beiden Memre über das « geistige Gesetz » des Mönches Markus, Ost. St. 6 (1957) 297-99.

B. M. composuit pariter hagiographias quarum restant de martyre monacho Georgio + an. 612 et de martyre Christina, dum alia menologia de Dadišoʿ, de Abrahamo Kaškarensi et de aliquibus monachis Montis Izlae, exceptis parvis vestigiis, perierunt.

Ed. de S. Georgio : P. Bedjan, Histoire de Mar Jabalaha 416-571. - *vers. germ.* : O. Braun, BKV 37, 221-77.
Ed. de S. Christina : P. Bedjan, AMS 4, 201-7.

Aliqui hymni B. M. tribuuntur (*ed.* Breviar. Chald. 1,57-8. 67-8). Eum etiam praecipuum auctorem habere videtur tum scriptum missum an. 612 a pluribus episcopis imperatori tum ibi adpositum symbolum.

Ed. : J. B. Chabot, Syn. Or. 562-98. - S. Giamil OC 1, 61-79. - *vers. germ.* : O. Braun, Das Buch der Synhados, 307-31.

Doctrina

B. M. fuit maximus Doctor nestorianorum in Persia. Posteriores vero theologi doctrinam eius, nulla adposita evolutione aut novitate, simpliciter repetere videntur.

De Incarnatione. B. M. fidelis est doctrinae Theodori Mopsuesteni et Nestorii et indignatus recusat scripta Cyrilli. Familiaris est ei formula: in Christo unum prosopon et duae hypostases et naturae. Unio fit inter Deum Verbum et hominem Domini, qui natus est de Maria. Unio secum portat inhabitationem Verbi in

homine completo assumpto. Humilia, ut passio, non possunt dici de Verbo. Non intelligit quem sensum orthodoxum contineri possit in formula Cyrilli unionis secundum hypostasim. Porro nefas est dicere unionem factam esse in hypostasi secunda Trinitatis. B. M. non concipit — etiam in hoc cum Nestorio concors — naturam concretam quae non sit hypostasis : iam vero hypostasis habet iam talem proprietatem quae capax sit praedicari ut subiectum eorum quae talem naturam afficiunt. Natura concreta quae careat propria hypostasi seu personalitate a B. M. non concipitur. Sic ait : « Hypostasis, subsistens in esse suo non assumitur, nec additur alii hypostasi ut sit cum ea una hypostasis subsistens et possidens omnia naturalia ».

Soteriologia B. M. cohaerenter tenet redemptionem operatam esse ab homine nato de Maria, qui solus pati potuit atque sacrificium Deo offerre. Recenter affirmatus est, forsan minus recte, influxus stoicismi in B. M. (Scipioni).

De Eucharistia tenet panem non transubstantiari, quippe qui semper maneat ita tamen ut sit typus corporis Christi quod est in coelo.

Ecclesiologia. B. M. docet per verba : « Pasce oves meas » institutum esse « supremum sacerdotium », quin tamen explicet quid hoc significet. Textum vero : « Tu es Petrus » explicat alludendo ad fidem Petri aut Ecclesiae ut fundamentum perennitatis.

Studia : V. Grumel, Un théologien nestorien : B. le Grand (VI^e^-VII^e^ s.), EO 22 (1932) 153-81 ; 257-80 ; 23 (1924) 9-34, 162-78, 257-75, 395-400. - L. I. Scipioni, O. P., Ricerche sulla cristologia del « Libro di Eraclide » di Nestorio. La formulazione teologica e il suo contesto filosofico, Friburgo 1956.

§ 81. Iso'jahb II, Katholikos.

Natus in Gedala, in Beth Arbaje, studuit Nisibi sed Scholam reliquit propter antithesin contra rectorem Ḥenana. Docuit deinde in Balad et factus est episcopus. Ordinatus est an. 628 Katholikos et cum aliis episcopis venit ad imperatorem Heraclium, qui erat Beroeae, eique symbolum fidei satis conciliativum porrexit ita ut orthodoxi communionem ei non negaverint. Arabes islamici invadentes premebant ; idcirco I. refugium invenit in Karkā de Beth Selōk, Mortuus est an 644-46.

I. scripsit commentarios et menologia monachorum quae amissa sunt. Epistularum restant una inedita ad Rabban Abraham de Beth Madai (mss. *Séert* 65, 5 ; *Vat.* B 82, 23º etc.) secundum fidem nestorianam scripta, et altera ad Bar Ṣaumam ep. Karkae de Laden in qua se defendit contra accusationem chalcedonismi : conservatur arabice. Symboli Heraclio propositi arabica perstat versio apud ʿAmr.

Ed. [symboli] G. Gismondi, Maris, Amri et Slibae de patriarchis nestorianorum commentaria, II, Romar 1907, p. 53-54. - *vers. lat.* 31.
Ed. [secundae epist.] : A. Scher, PO 13, 576-79.

.. Symbolum nihil continet quod positive sit heterodoxum. Non dat tamen Mariae titulum « Deiparae ». Admittit « unum Dominum Iesum Christum Filium Dei propria voluntate passum esse in corpore... at in suam divinitatem non cadere passionem ». « Filius Dei, Deus, Verbum, lumen de lumine. Deus verus de Deo vero... assumpsit naturam humanam ad divinitatem suam ostendendam ... est Deus perfectus et homo perfectus... et eius personalitas una, unus dominus, per unionem mirabilem incomprehensibilem, in quem non cadit confusio aut divisio, nec commixtio aut separatio, ab aeterno et usque in aeternum in duabus naturis veris divina et humana ». Hoc symbolum dependere videtur e symbolo Chalcedonensi.

Studia : Baumstark 195-96.

§ 82. Bar Ṣauma ep. Karkae de Laden.

Floruit prima medietate saec. VII. Ad Katholikum Išoʿjahb II duas scripsit epistulas, quae arabice conservantur, in quibus reprehendit dogmaticam eius conniventiam cum Heraclio cum ad hunc venit, praesertim quod in liturgia nomina Diodori, Mopsuesteni et Nestorii omiserit.

Ed. : A. Scher, Chronica Seertensis PO 13, 562-76.
Studia : Baumstark 196.

§ 89. Surin.

Fuit exegeta in Schola Nisibis medio saec. VII. Dicitur composuisse opus antihaereticum adhibens methodum « graecorum »,

videlicet philosophiae aristotelicae, ut videtur. Conservatur sermo S. dedicatum Narsai et cognatis Abraham et Ioannem (mss. *Dijarb.* 70, 10° et *Berl.* 57 (*Sach.* 174-76) 10°) cuius pars, continens notitias de Schola Nisibis, lucem publicam vidit.

Ed.: A. SCHER, PO 4, 400-2.
Studia: BAUMSTARK 196-7.

§ 84. Silvanus (Silwanos) de Qardu.

Floruit medio fere saec. VII et cognovit iuvenem monachum Rabban Hormizd.

Conservantur duo tractatus, nempe contra astrologiam et de doctrina quae continetur in libris platonicis « Introductio », « Categoriae », « De interpretatione », et in quibusdam « prolegomenis » neoplatonicis. Inedita iacent in mss. *Berl.* Or. quart 871. fol. 650 r°-93 r° ; 620 r°-50r°., *Urm.* 138, 5°. 6°).

Studia: BAUMSTARK 197.

§ 85. Išo'jahb III, Katholikos.

Filius divitum parentum persarum I. natus est in Basṭuhmag apud Kuphlana in Adiabene. Fuit discipulus Jacobi de Beth' Abe et in Schola Nisibena studuit. Ab Išo'jahb II electus est ep. Ninive-Mosul et postea metrop. Arbelae. Ordinatus est Katholikos an. 650 (aut 647-8 ?). Compulsus ab invasoribus musulmanis debuit Seleuciam-Ktesiphontem relinquere et confugit ad monasterium Beth'Abe ubi docere coepit. Adversantibus vero parum cultis monachis I. in patrium locum recessit mortuusque est a. 657-8.

I. tribuitur ordinatio librorum liturgicorum apud nestorianos. Conservamus plures epistulas generis pastoralis et ascetici ab I. scriptas, et biographiam martyris Išo'sabran occisi an. 620.

Ed. [epistularum]: R. DUVAL, CSCHO, Lovanii 1904. - *vers. lat.* ib. an. 1905.
Ed. [biograph.]: J. B. CHABOT, Nouvelles Archives des missions scientifiques et litt. 7, 485-584.
Studia: BAUMSTARK 197-98.

§ 86. Simeon monachus.

S. qui discipulus fuit Rabban Jozadaq fundatoris cuiusdam monasterii in montanis Qardu saec. VII, scripsit biographiam magni momenti historici fundatoris monasterii in Alqoš, Rabban Hormizd.

Ed.: E. A. WALLIS BUDGE, The Life of Rabban Hormizd, Berlin 1894. - *vers. angl.* Idem, The Histories of Rabban Hôrmizd the Persian and Rabban Bar Idtâ, London 1902.
Studia: BAUMSTARK 205.

§ 87. Dadišo' (Dadjesu) e Beth Qaṭraje.

Monachus fuit in monasteriis Rabkennare, Apostolorum et Rabban Šabor. Floruisse videtur secunda medietate saec. VII.

Conservati sunt Commentarius in scripta Isaiae Sketensis (ineditus in ms. *Séert* 74 et *N. Dame des Semences* 129) et in « Paradisum Patrum » 'Enanišo' (ineditus in ms. *Brit. Mus.* Add. 17264). Videtur recenter inventum et editum « Sermonem de solitudine » ex alterutro provenire. Secundi Commentarii factum est compendium quod Philoxeno tributum est atque in arabicam et inde in aethiopicam linguam est versum. Videtur D. adiudicandas esse « Exhortationes » quae sub suo nomine precibus diurnis anachoretarum nestorianorum adponuntur (ined. *Jer. Patr.* 21).

Ed. de solitud.: A. MINGANA, Woodbrooke Studies VII, pp. 201-47. - *vers. angl.* pp. 76-143.
Studia: BAUMSTARK 226-7. - A. GUILLAUMONT, DSp. III, 2-3.

§ 88. Isaac Ninivita.

Monachus nestorianus qui saec. VII floruit. Natus in Beth Qaṭraje ordinatus est ep. Ninive a Katholiko Georgio I (658-80), sed post quinque menses recessit in eremum Susianae et posterius in monasterium Rabban Šabor, ubi fere caecus mortuus est.

I. praeclara scripsit de vita ascetica, quae per versiones arabicam, graecam, latinam magnum influxum etiam in Occidentales habuerunt. Nondum plene perfectum est examen criticum mss. et textuum qui I. N. tribuuntur.

Iuxta traditionem I. composuit 7 tomos « de vita spirituali, de divinis mysteriis, de iudicio et de tentatione ». Conservantur syriace circa 70 scripta, non semper eodem ordine, quae tractatus epistulae et dialogi sunt; quae omnia videntur ex uno tomo derivare. Insuper habentur orationes (ineditae) et hymni, maximam partem inediti, et alia scripta de quorum genuinitate dubitare licet. Non excluditur interdum confusio cum Isaaco Antiocheno.

Ed.: P. ZINGERLE, Monumenta syr., Innsbruck 1869, 97-101 [2 serm.]. - P. BEDJAN, Mar. I. N. De perfectione religiosa, Paris-Leipzig 1909. - J. B. CHABOT, De S.I.N. vita, scriptis et doctrina, Parisiis 1892 [3 serm.]. - A. MAI, Nova PP. Bibl. VIII, Romae 1871, pp. 157-87; nota ep. 4. ibi ed. falso asseri datam esse ad Sim. « Stylitam », cum ms. alludat ad « Thaumaturgum ».

Vers. arabica: P. SBATH, Traités religieux, philosophiques et moraux, extraits des oeuvres d'I. de N. par Ibns as-Salt (IX siècle), Le Caire 1934.

Vers. graec. antiqua facta ab arabica versione a Patricio et Abramo et quae in ms. saec. VIII-IX iacet, *ed.* a N. THEOTOKI, 2 ed. Athenis 1895. - M. BESSON, Un recueil de sentences attribuées à I., OC 1 (1901) 46-60, 288-98.

Vers. lat. « Liber de contemptu mundi, Venetiis 1506 (PG 86, 811-86) est compilatio 25 sermonum I. qui in 53 capita dividuntur. Etiam tractatus « De cogitationibus » PG 86, 885-88 est I. et componitur excerptis e serm. 4 et 18.

Vers. ital.: Del dispregio del mondo, Firenze 1720, Milano 1839 [e latino]. - *germ.*: G. BICKELL, Ausgewählte Schriften der syr. Kirchenväter, BKV, Kempten 1874, 273-408 [8 serm.]. - *anglica*: WENSINCK, I. of N. mystic Treatises transl. from Bedjan's syriac Text, Amsterdam 1923. - *neerlandica*: H. LAMAN TRIP DE BEAUFORT, Uit de geschriften van I. v. N., Bussum 1931 [anthologia].

Studia: J. ASSEMANI, BO I, 446-59. - CHABOT op. cit. - BAUMSTARK 223-5. - F. C. BURKITT, I. of N., JTS 26 (1924-25) 181-6. - L. PETIT, DThC VIII, 10-12.

§ 89. Sahdona seu Martyrios.

Natus in Halmon in Beth Nuhadra studuit in Schola Nisibis et dein monasticam vitam egit in monte Izla in monasterio Beth ʿAbe. Circa an. 635-40 electus est ep. in Maḥoze de Arewan in Beth Garmai. S. propagavit suas doctrinas nestorianismo contrarias quare regnante Katholiko Maremmeh (ann. 640-50) a sede depositus, in Occidentem fugit; sed iterum potuit favore amicorum Persiam repetere. Attamen a successivo Katholiko Išoʿjahb III iterum expulsus, Edessam venit ubi reliquum vitae monastice

vixit. Notanda est difficultas in componendis omnibus fontibus biographicis Sahdonae.

Restant fragmenta primae partis et secunda integra operis ascetici S. de vita monastica, necnon quinque epistulae et series « consiliorum ad discretionem spirituum ».

Ed.: P. BEDJAN, S. Martyrii, qui et Sahdona, quae supersunt, omnia, Paris 1902.

Non omnino liquet utrum doctrina S., qui dicitur discipulus fuisse Ḥenanae in campo chalcedonensis orthodoxiae fuerit an « haeresim » cum ipsa doctrina nestoriana conformem aut potius monoenergismum defenderit. Certum est eum traditionales formulas nestorianas impugnasse, unde eius damnatio.

Studia: H. GOUSSEN, Martyrios-Sahdona's Leben und Werke, Leipzig 1897. - BAUMSTARK 221-2. - N. PIGULEVSKAJA, Vita Sahdonae [russice], Zapiski Kollegij Vostokovedov 3 (1926) 91-108. - W. DE VRIES, Die syrisch-nest. Haltung zu Chalkedon.: GRILLMEIER-BACHT, Das Konz v. Ch. Vol. I. Würzburg 1952. - G. GARITTE - A. DE HALLEUX, Le sermon géorgien du moine Martyrius et son modèle syriaque, Mus. 69 (1956) 243-313. - A. DE HALLEUX, La christologie de M. S. dans l'évolution du nestorianisme, OCP 23 (1957) 5-32. - Idem, M. S. La vie mouvementée d'un « hérétique » de l'Eglise nestorienne, OCP 24 (1958) 93-128.

§ 90. Gabriel Taureta.

Floruit medio saec. VIII. Natus in Širzor, studuit Nisibi et monachatum coluit in monte Izla et posterius in monasterio Beth ʿAbe cuius abbas fuit.

Praeter quendam ineditum hymnum in lavatione pedum pro Feria V in Coena Domini (ms. *Dijarb* 70, 26°) scripsit legendariam hagiographiam martyrum sub Sapore II an. 318 in Ṭur Berain, nempe sanctae Sultanae Mahdokt et fratrum Adorpawa ac Mihranarse.

Ed. P. BEDJAN, AMS 2, 1-39. - *vers. germ.* [partialis] G. HOFFMANN, Auszüge aus syr. Akten persischer Märtyrer, 9-16.

Studia: BAUMSTARK 222.

§ 91. Ioseph (Jauseph) Ḥazzaja (= Videns).

Identificandus cum ʿAbdišoʿ Ḥazzaja, floruit secunda medietate saec. VII. Natione persa et captivitate servus factus christiani

Cyriaci, baptismum ac libertatem recepit. Deinde vitam monasticam in monasterio Abba Selibae egit et posterius praefuit primum monasterio Mar Bassimae et tandem conventui Rabban Boktišo'.

Plura J. composuit, quorum maxima pars periit, v. gr. « Paradisum Orientalium » et opus quoddam historicum. Conservantur vero Commentarium, in 28 sermonibus, de sententiis Evagrii et aliorum monachorum (ineditum ms. *Séert* 78, 1°), « Liber thesauri » de iudiciis Dei, 24 preces, « Dialogus Domini cum discipulo Cleopha », « Meditationes » de vita Iesu, « Tractatus de natura divina, de Trinitate etc. » quae omnia inedita iacent in ms. *Séert* 78. Forsan I. est Commentarium in Dadišo' (ineditum ms. *Brit. Mus.*: Add. 17262). Conservantur duae epistulae J. ad Rabban Joseph et ad quendam amicum.

Ed. epist. et fragmenta Libri de iudiciis Dei cum aliis fragmentis: A. MINGANA, Woodbrooke Studies, VII, pp. 256-79 [vers. angl. 148-84].

J. qui accusatus est de asserenda praeexistentia animarum et de superfluitate orationis vocalis et laboris manualis ad perfectam vitam, claruit propter mysticismum, vi cuius tenebat Deum oculis corporis videri posse.

Studia: BAUMSTARK, 222-3. - A. GUILLAUMONT, Sources de la doctrine de J. H., OS 3 (1958) 3-25.

§ 92. Simeon e Rewardašir.

S. qui secunda medietate saec. VII floruit et quodam tempore Katholiko Išo'jahb III sese opposuit, composuit persice opus iuridicum nobis in versione syriaca conservatum. Ibi dantur 22 responsiones ad diversa quaesita de iure familiari et haereditario et de aliis similibus.

Ed.: E. SACHAU, Syrische Rechtsbücher 3, 203-53 [cum *vers. germ.*].
Studia: A. RÜCKER, Die Canones des S. von R., Leipzig 1908. - E. SACHAU, op. cit. XVII-XXII. - BAUMSTARK 206-7.

§ 93. Georgius (Giwargis) I, Katholikos.

Natus in Kaphra in Beth Garmai discipulus fuit Išo'jahb III adhuc ep. Ninive, qui G. suum successorem elegit. G. fuit successor

Išo'jahb etiam in katholikatu secundum ultimam huius voluntatem: mortuus est an 680-1. An 676 tenuit G. synodum in Dirin, praecipua ex insulis Bahrein, cuius restant canones. Conservatur pariter christologicum scriptum ad chorepiscopum Mina an. 679-80 a G. missum. Adscribuntur etiam G. proclamationes diaconales in die ieiunii Ninivitarum.

Ed. canones et scriptum christ.: J. B. CHABOT, Syn. Or. 215-45. - *vers. gall.* 223.229-30. - *german.*: O. BRAUN, Das Buch der Synhados, 348-71.

Ed. proclamatio: Brev. Chald. 1, 183-4. 205. 223. 229-30. - *vers. germ.* partialis: J. M. SCHÖNFELDER, ThQ 48 (1866) 198-200.

Christologia G. inculcat divisionem personalem inter Christum et Verbum. Dicitur v. gr. in illo scripto: « Et quamvis etiam nos Christum hominem novimus, confitemur tamen eum Deum propter Logon qui eum sibi in indissolubili unione univit, et aeternum habitaculum sibi fecit. » « Et licet sint duae naturae, Deus et homo in natura et persona, tamen confitemur unicum Filium Dei ». Severe reprehenduntur blasphemi qui affirmant Deum passum et crucifixum esse quasi hoc destructionem naturae divinae secum ferret. Dicitur etiam unicum esse prosopon filiationis. Divinitas unita erat corpori Christi in sepulchro et animae in paradiso.

Studia - BAUMSTARK 208.

§ 94. Georgius (Giwargis) ep. Nisibis.

Floruit secunda medietate saec. VII et est auctor hymni primae dominicae in consecratione ecclesiae secundum liturgiam nestorianam.

Ed. Brev. Chald. 3, 196-7. - Officium feriale iuxta ord. eccl. Maronitarum, Romae 1863, pp. 346-7. - *vers. germ.*: J. M. SCHÖNFELDER, Th.Q. 48 (1866) 194-5. - *anglica*: A. J. MACLEAN, East syr. daily Off. 158-9.
Studia: M. UGOLINI, OC 2 (1902) 179-86. - BAUMSTARK 209.

§ 95. 'Enanišo' monachus.

'E. fuit in Schola Nisibis condiscipulus Išo'jahb III venitque postea in monasterium Izlae. Peregrinavit in Palaestinam et in

desertum Skete ubi monachorum vitam didicit et scripta secum tulit in monasterium Beth ʿAbe ubi medio saec. VII floruit.

Plurium operum ʿE. auctor fuit, qui et culturam et maxime ascesim promovit. Composuit lexicon vocabulorum aequilitterorum et glossarium ad difficiliora verba et sententias Patrum explicanda, necnon florilegium philosophicarum « definitionum » et « distinctionum ».

Ed. lexici: G. Hofmann, Opusc. Nestor. 2-49. - glossarium est ineditum; ms. *N. Dam. des Sem.* 138, 5°. - florilegium pariter ineditum; ms. *Brit. Mus.* Add. 12 154, 32°.

ʿE. adiumento fuit Išoʿjahb III in ordinatione liturgiae. Meritum vero potissimum E. stat in illa collectione sententiarum et exemplorum monachorum Aegypti quae sub titulo « Paradisus Patrum » inter monachos nestorianos non semper iisdem elementis composita diffusa est. Primus typus, tres libros comprehendens, continet « Historiam Lausiacam » et aliud corpus narrationum Palladii necnon « Historiam monachorum » Hieronymo adscriptam. Alius typus comprehendebat, praeter plura apophthegmata, homiliam Chrysostomi in Matth. 8 et excerpta ex Abrahamo de Naphtar.

Ed.: E. A. Wallis Budge, The Book of Paradise being the Histories and Sayings of the Monks and Ascetics of egyptian Desert by Palladius, Hieronymus and others. The syr. texts accord. to the Recension of ʿAnân-Ishôʿ of Bêth ʿAbhê, (2 voll.) London 1904 [cum *vers. angl.*]. - ex aliis mss.: P. Bedjan AMS 7. - *vers. angl.*: E. A. Wallis Budge, The Paradise of the holy Fathers being, London 1907 (2 voll.).

Studia: A. Baumstark, Aristoteles bei den Syrern 1, 212. - Idem, 201-203. - G. Furlani, ʿE., Ahudhemmêh e il Libro delle Definizioni di Michele l'Interprete, Rend. Acc. Naz. dei Lincei, Ser. V, vol. 36, Roma 1922.

§ 96. Ḥenanišoʿ I, Katholikos.

Dictus etiam « Ḥegira » seu paralyticus. Electus ad katholikatum an. 685-6, depositus est an. 692-3 machinante Joanne Nisibeno. Ḥ. confugit ad monasterium Jonae apud Ninivem ubi an. 699-700 peste mortuus est.

Ḥ. plura iuridica documenta promulgavit quae posterius in unum corpus 25 aut 24 numerorum compilata sunt, ubi tamen aliqua etiam diversae indolis inclusa sunt. Composuit et commentarium in evangelia anni liturgici cuius exstant saltem vestigia (inedita. ms. *Dijarb* 113, 14°) et forsan totum in versione arabica (in mss. *Mos.* 23 et 24). Ḥ. probabilis est auctor sermonis in honorem Išoʿjahb III (inediti: ms. *Cambridg.* Add. 2818, IV°), cuiusdam hymni inediti (ms. *Dijarb* 36, 12°) et cuiusdam scripti polemici contra paganos et haereticos, cuius vix quidquam (ined. ms. *Séert* 109, XII°) conservatum est.

Ed. compilationis: E. Sachau, Syrische Rechtsbücher 2, 1-49.
Studia: Baumstark 209.

§ 97. Ioannes (Joḥannan) Azraq.

Natus in Ḥirta floruit initio saec. VIII. Auctor fuit 80 fere quaestionum aenigmaticarum quae maxime de rebus biblicis tractant et quae ineditae iacent in mss. *Dijarb* 113, 15°; 112, 7° etc.

Studia: Baumstark 210.

§ 98. Ioannes Bar Penkaje.

Natus est in Penek in Beth Zabdai saec. VII fuitque monachus, ut fertur. Inter sua copiosa scripta nobis conservatum est opus dictum «Liber summorum capitum historiae mundi temporalis», 15 sectionibus constans quod mediam viam inter historiam et theologiam historiae tenet, quodque ad an. 686 extenditur. Laudatur in hac historia politica religiosa Muʿawiae Kaliffae. Praeterea traditus est *memra* heptasyllabicus « de timore Domini » in quo status moralis monachorum vivide deploratur.

Ed. Historiae: sed solum sectionum 10-15: A. Mingana, Sources syriaques 1, 1*-171*. - fragmenti primae sectionis: Ketabona dephartuthe, Urmiae 1898, pp. 295-302. - *vers. gall.* sectionis 15: Mingana, op. cit., 172*-97*.

Studia: P. Giauad Sfair, Il nome e l'epoca d'un antico scrittore siriaco, Bessarione 31 (1915) 135-38. - Idem, Degli scritti e della dottrina di Bar Pinkaie, ibid. pp. 290-309. - Baumstark 210-11.

§ 99. Sabrišo' ep. Nisibis.

Floruit prima medietate saec. VIII et composuit hymnum qui in ritu nuptiali nestoriano supra caput sponsae canitur (mss. *Vat Syr*. 89 ; *Jer. Patr*. 50 ; *Urm* 29 etc.).

§ 100. Babaj e Gebilta in Ṭirhan.

Floruit initio saec. VIII et plures fundavit scholas cantorum quas quotannis visitabat. Exstant in Officio quotidiano nestorianorum aliquae *'onjata* quae B. habent auctorem.

Ed. : Brev. Cald. 214* in singulis tomis.
Studia : BAUMSTARK 212-13.

§ 101. Abraham Bar Dašandad.

Floruit saec. VIII. Docuit exegesim in schola Bašoš (Persia) ubi claros discipulos habuit. Fragmentarie conservatur eius commentarium in scripta monachi Marci (ined. ms. *Brit. Mus*. Add. 17270, saec. IX). Perstat tractatus eius de eremitismo.

Ed. : A. MINGANA, Woodbrooke Studies VII, 248-55 [*vers. angl.* 186-97].
Studia : BAUMSTARK 214.

§ 102. Mar Aba II, Katholikos.

Natus in Kaškar cuius etiam loci episcopus fuit. Electus est ad katholikatum an. 741 et + an. 751, aetate anno 110. Bonam consuetudinem habuit cum emiro Jusuf ibn 'Omar aṭ-Ṭaqafi. Cum clerus Seleuciae-Ktesiphontis eum accusaret, M. A. confugit ad Kaškar ubi per annum monasticam vitam egit. Invitatus deinde a fidelibus in propriam sedem reversus est. Huius episodii historiam M. A. describit in sua epistula ad Scholam Seleuciae, in unico nobis conservato eius scripto.

Ed. : J. B. CHABOT, La lettre du Catholicos M. A. II aux membres de l'école patriarcale de Séleucie, Paris 1897 [cum *vers. gall.*].
Studia : BAUMSTARK 214-15.

§ 103. Ioannes e Daljata.

Monachus nestorianus qui floruit secunda medietate saec. VIII et qui diu eremiticam vitam duxit prope rupestrem locum Daljata, et vicinum monasterium reparavit. I. magna fama etiam apud iacobitas propter asceticam vitam ac doctrinam gavisus est.

Conservantur aliquae ineditae preces (mss. *Cambridge* Add. 2012, *Berlin* 200) sed praesertim 25 sermones et 51 epistulae maximam partem ineditae (v. gr. *Cambridge* Add. 1999 etc.) quae de monastica spiritualitate agunt. Ex arabica versione aethiopes antiqui opera I. verterunt quem « Saba [= senem] » nominant.

Ed. sermo 6 et pars 15: P. ZINGERLE, Mons., syr. 1, 102-4.
Vers. lat. ex antiqua graeca: De contemptu mundi capp. 28-29, 53 Isaaco Ninivitae tributa PG 86, 857-9, 885-6 - *vers. gall.* : P. SHERWOOD. Jean de D.: sur la fuite du monde, OS 1 (1956) 305-13.
Studia : BAUMSTARK 225-26. - I. HAUSHERR, Penthos, Rome 1944, pp. 149-50. - P. SHERWOOD, op. cit.

§ 99. Sabrišo' ep. Nisibis.

Floruit prima medietate saec. VIII et composuit hymnum qui in ritu nuptiali nestoriano supra caput sponsae canitur (mss. *Vat Syr.* 89 ; *Jer. Patr.* 50 ; *Urm* 29 etc.).

§ 100. Babaj e Gebilta in Ṭirhan.

Floruit initio saec. VIII et plures fundavit scholas cantorum quas quotannis visitabat. Exstant in Officio quotidiano nestorianorum aliquae *'onjata* quae B. habent auctorem.

Ed. : Brev. Cald. 214* in singulis tomis.
Studia : BAUMSTARK 212-13.

§ 101. Abraham Bar Dašandad.

Floruit saec. VIII. Docuit exegesim in schola Bašoš (Persia) ubi claros discipulos habuit. Fragmentarie conservatur eius commentarium in scripta monachi Marci (ined. ms. *Brit. Mus.* Add. 17270, saec. IX). Perstat tractatus eius de eremitismo.

Ed. : A. MINGANA, Woodbrooke Studies VII, 248-55 [*vers. angl.* 186-97].
Studia : BAUMSTARK 214.

§ 102. Mar Aba II, Katholikos.

Natus in Kaškar cuius etiam loci episcopus fuit. Electus est ad katholikatum an. 741 et + an. 751, aetate anno 110. Bonam consuetudinem habuit cum emiro Jusuf ibn 'Omar aṭ-Ṭaqafi. Cum clerus Seleuciae-Ktesiphontis eum accusaret, M. A. confugit ad Kaškar ubi per annum monasticam vitam egit. Invitatus deinde a fidelibus in propriam sedem reversus est. Huius episodii historiam M. A. describit in sua epistula ad Scholam Seleuciae, in unico nobis conservato eius scripto.

Ed. : J. B. CHABOT, La lettre du Catholicos M. A. II aux membres de l'école patriarcale de Séleucie, Paris 1897 [cum *vers. gall.*].
Studia : BAUMSTARK 214-15.

§ 103. Ioannes e Daljata.

Monachus nestorianus qui floruit secunda medietate saec. VIII et qui diu eremiticam vitam duxit prope rupestrem locum Daljata, et vicinum monasterium reparavit. I. magna fama etiam apud iacobitas propter asceticam vitam ac doctrinam gavisus est.

Conservantur aliquae ineditae preces (mss. *Cambridge* Add. 2012, *Berlin* 200) sed praesertim 25 sermones et 51 epistulae maximam partem ineditae (v. gr. *Cambridge* Add. 1999 etc.) quae de monastica spiritualitate agunt. Ex arabica versione aethiopes antiqui opera I. verterunt quem « Saba [= senem] » nominant.

Ed. sermo 6 et pars 15: P. ZINGERLE, Mons., syr. 1, 102-4.
Vers. lat. ex antiqua graeca: De contemptu mundi capp. 28-29, 53 Isaaco Ninivitae tributa PG 86, 857-9, 885-6 - *vers. gall.* : P. SHERWOOD. Jean de D.: sur la fuite du monde, OS 1 (1956) 305-13.
Studia : BAUMSTARK 225-26. - I. HAUSHERR, Penthos, Rome 1944, pp. 149-50. - P. SHERWOOD, op. cit.

PARS TERTIA

THEOLOGI MONOPHYSITAE

Caput I

PRIMI THEOLOGI MONOPHYSITAE

Dum theologia nestoriana post concilium Chalcedonense solum in scriptis syriacis prodiit, doctrina monophysitica a graecis simul et a syris auctoribus propagata est. Hoc tempore monophysitae provinciae antiochenae propriam hierarchiam a Iacobo Burdeana habuerunt, unde nomen « Iacobitarum » historia eis dedit. Monophysitae in polemica contra orthodoxos chalcedonenses fervent, dum Ḥenana in Persia contra nestorianos arma movet.

Inde ab initio insignis est cura in operibus biblicis, fitque revisio Novi Testamenti. Etiam scientia philosophiae graecae ab aliquibus colitur.

Studia: M. Jugie, Theologia dogmatica christianorum orientalium. Tom. V, De theologia dogmatica nestorianorum et monophysitarum, Parisiis 1935. - H. Gregoire, Mahomet et le monophysitisme, Mélanges Diehl I, 107-19. - W. de Wries, Sakramententheologie bei den syrischen Monophysiten, Rom 1940. - P. Mouterde, Le concile de Chalcédoine d'après les historiens monophysites de langue syriaque, in A. Grillmeier - H. Bacht, Das Konzil von Chalkedon I, [s. d.], pp. 581-602. - J. Lebon, La christologie du monophysisme syrien, ibid. 425-580. - M. Gordillo, Mariologia orientalis, Romae 1954. - M. Jugie, La primauté romaine d'après les premiers théologiens monophysites (Ve et VIe siècles). Éch. d'Or. 33 (1934) 181-89. - W. de Vries, Primat, Communio und Kirche bei den frühen syrischen Monophysiten, OCP 18 (1952) 52-88. - Idem, Der Kirchenbegriff der von Rom getrennten Syrer, Rom 1955.

§ 104. Philoxenus Mabbugensis.

Dictus etiam « Xenos », apud syros « Aksenaia », natus est in Taḥal in Beth Garmai (Persia) circa medium saec. V. Adulescens frequentavit Scholam Edessae, probabilius post an. 460, quando ergo episcopus Nonnus favebat orthodoxiae. Neque Ph. neque Jacobus Sarugensis, eodem fere tempore studens, nestoria-

nismo imbuti sunt. Ph. e contra monophysismo toto zelo adhaesit eumque per monasteria propagavit, quare a patriarcha antiocheno Calandione e regione expulsus est. Tunc probabiliter Ph. coram imperatore Zenone accusatus ei formulam fidei praebuit, quae, quia « Henoticon » non commemorat, ante an. 482 scripta videtur. Cum Zenoni formula placeret, Ph. Calandionem accusavit, cui paulo post successit Petrus Fullo. Hic vero cum esset monophysita, Ph. episcopum constituit in sede Mabbug an. 485. Ph. pacifice rexit dioecesim usque ad 499. Cum vero hoc anno orthodoxus Flavianus in sede Antiochena poneretur, Ph. plura sustulit. Venit Constantinopolim ubi a patriarcha Macedonio excommunicatus est. Tamen per artes suas obtinuit primum depositionem Macedonii deinde expulsionem Flaviani a sede quam Severus monophysita occupavit et tandem depositionem orthodoxi patriarchae hierosolymitani, Eliae. Mortuo tamen an. 518 imperatore Anastasio cumque Iustinus II contra monophysitas vehementem persecutionem moveret, Severus debuit sedem antiochenam relinquere. Ph. vero primum restitit, dein tamen cum aliis episcopis in exilium missus est, quo durante obiit ca. a. 522. Ph. in veneratione est apud iacobitas.

Studia generalia: E. TISSERANT, DTh.C s. v. - BAUMSTARK 141-4. - BARDENHEWER IV, 417-21. - E. LEMOINE, Physionomie d'un moine syrien : Ph. d. M., OS 3 (1958) 91-103.

SCRIPTA

Praeter commentarios in evangelia Matthaei, Lucae et Ioannis, quorum inedita fragmenta restant, Ph. haec scripta restant :

1. *Dogmatica. A*) « De Trinitate et Incarnatione » tractatus tres, in quibus tum nestorianismus tum orthodoxia chalcedonensis impugnatur. Constant in ms. *Vat. Syr.* 137 an. 564.

Editio : A. VASCHALDE, CSCHO, Lovanii 1907 [cum *vers. latina*].

B) Decem libri « de eo quod unus de sancta Trinitate incarnatus est et passus est », constantes in ms. *Vat. Syr.* 138 an. 581., qui exarati sunt ad defensionem usus a Petro Fullone inducti addendi Trishagio « Qui crucifixus est pro nobis ».

Editio [solum 2 priorum] : M. BRIÈRE, PO XV [cum *vers. latina*].

C) Sermo de Annuntiatione B. M. V.

Editio : P. KRÜGER, OCP 20 (1954) [cum *germanica vers.*].

Praeterea alia restant scripta minora Ph. de re dogmatica, inter quae recolere licet 1) Tractatum adv. haereses, nempe de octo haeresibus circa Incarnationem. *Edit.* : F. NAU PO XIII, 248-50. 2) Capita XII adversus eos qui profitentur duas naturas et unam personam in Christo, conservata in ms. *Brit. Mus.* Ádd. 14597 an. 569. *Edit.* W. BUDGE, The Discours of Phil. II, civ.-cxxii. 3) Capita XX adversus nestorianos. *Edit.* ibid. cxxxiii-vi. 4) Capita VII adversus quemlibet nestorianum. *Edit.* ibid. cxx-iii.

2. *Ascetica.* Tredecim exstant homiliae Ph. quae praxim virtutum illustrant et extollunt, inter quas commendantur fides, simplicitas, timor Dei, paupertas, continentia. Videntur hi sermones inter aa. 485-500 scripti.

Editio : W. BUDGE, The Discourses of Ph., 2 voll. London 1894 [cum *anglica versione* quae tamen non semper fidelis est]. - *Versio gallica* : E. LEMOINE in *Sources Chrétiennes* 44, Paris 1956 ; idem [extract. hom. 2, 3, 6, 7.]. La Vie Spir. 415 (1956) 252-61.

Stud. : I. HAUSHERR, Spiritualité syrienne : Ph. d. M. en version française, OCP 23 (1957) 171-85. - E. LEMOINE, La spiritualité de Ph. d. M., OS 2 (1957) 351-67. - J. GRIBOMONT, Les homélies ascétiques de Ph. d. M. et l'écho du messalianisme, OS 2 (1957) 419-33.

3. - *Epistulae.* Restant 15 epistulae quae maxime de re ascetica et dogmatica tractant. Antiquitas mss et contextus historicus plenam earum genuinitatem spondent.

1) Ep. ad imper. Zenonen *Ed.* A. VASCHALDE, Three Letters of Ph. Bishop of M., Roma 1902, pp. 163-75 [cum *vers. anglica* : ib. p. 118-27]. 2) Ep. ad monachos in Beth Gaugal. - *Ed.* : A VASCHALDE, ib. 146-63 [cum *vers. angl.* pp. 105-118]. 3) Ep. ad monachos Amidae. - *Ed.* : F. NAU. ROC 14 (1909) 37-38 [cum *vers. gall.*]. 4) Ep. ad monachos in Tell'adda. - *Ed.* : I. GUIDI, Rend. Acc. Linc. 12, Roma 1886 [cum *vers. ital.*]. 5) Ep. ad monachos in Senun, in ms. *Brit. Mus.* Add. 14597 an. 569. *Ed. partialis* : ASSEMANI, BO II, 12, 14-15, 38-45. - F. NAU, Le livre d'Héraclide, pp. 370-2. 6) Ep. ad quosdam monachos. - *Ed.* : A. VASCHALDE, op. cit. 127-46 [cum *vers. angl.* pp. 93-105]. 7) Ep. ad sacerdotes Abraham et Orestem. - *Ed.* : A. L. FROTHINGHAM, Stephen Bar Sudaili, Leyden 1886 pp. 28-48 [cum *vers. angl.*]. - 8) Ep. ad reclusum Patricium Edessae. - *Ed. partialis* : I. E. RAHMANI, Stud. Syr. 4, 90-3 [cum *vers. latina* 70-73]. - *Versio antiqua graeca* falso tributa Isaaco Ninivitae - *Ed* : A. MAI, Nov. Patr. Bibl. 8, 3, pp. 157-87. 9) Ep. ad comunitatem reclusorum in ms. *Brit. Mus.* Add. 14621 saec. IX. - *Ed.* : J. LEBON, Mus. 43 (1930) 149-220 [cum *vers. gall.*]. 10) Ep. ad Maronem Anazarbae. - *Ed.* : J. LEBON, ibid. 17-86 [cum vers. gall.]. 11) Ad quendam archimandritam de vita monastica, ms. saec. XI (inedita). 12) Ad monachum Scholasticum cupiditate tentatum, in ms. *Brit. Mus.* Add. 12167, saec. IX (inedita). 13) Ad quendam novitium.

- *Ed.*: G. Olinder, A Letter of Ph. of M. sent to a Novice, Göteborg 1941 [cum *vers. angl.*]. 14) Ad quendam « discipulum » in citato ms. (inedita). 15) Ad quendam conversum e judaismo in ms. saec. X (inedita).

Aliqua liturgica scripta Ph. tribuuntur de quorum tamen genuinitate non constat.

Doctrina

Ph. fuit ferventissimus protagonista monophysismi nominalis dicti etiam severiani.

Cum Ph. teneret foetum non nisi post 40 dies animari, docet primam factam esse in Christo incarnationem, postea vero unitam animam ex qua incorporatione resultat inhumanatio. Christus est et Patri et Mariae consubstantialis. Humanitas est in Christo perfecta et inconfusa. Si per « proprium » intelligitur autonomia, tunc humanitas in Christo caret proprietate. Si vero per proprietates intelliguntur notae essentiales, tunc manent et in Deo et in humanitate. Si vero per proprietates intelliguntur illae notae quae non adhaerent cuique naturae sed illam ut individuam determinant (notae hypostaticae) tunc dicendum Verbum illas habere non autem humanitatem. Cum pro Ph. idem significent « physis » et « hypostasis » seu « prosopon », nam nulla dari potest natura realis quae non sit hypostatica, inde est quod ipse in Christo unicam « physin » admittat, sequens terminologiam cyrillianam praechalcedonensem. In Trinitate tamen Ph. distinguit bene inter conceptus « physis » et « hypostasis » cum 3 hypostases, 1 vero physin in Deo admittat.

Ph. videtur errorem impanationis in Eucharistia docere.

Studia: I. Hausherr, Contemplation et sainteté. Une remarquable mise au point par Ph. d. M., Rev. Asc. Myst. 14 (1933) 171-95. - W. de Vries, Sakramententheologie bei den syrischen Monophysiten, Roma 1940. - J. Lebon, La christologie du monophysisme syriaque, in Grillmeier - H. Bacht, Das Konzil von Chalkedon I Würzburg 1951, pp. 425-580. - E. Bergstrasser, Monophysitismus und Paulustradition bei Ph. v. Mabbug, ThLZ 80 (1955).

§ 105. Polycarpus.

Chorepiscopus in dioecesi Mabbug, vertit, hortante Philoxeno, N. Test. et psalterium, forsan etiam e versione LXX partes V. Test. Evangelia quae P. an. 507-8 vertit forsan sunt idem textus

quem deinde Thomas Ḥarkelensis recognovit. Non constat certo nobis conservatam esse versionem Evangeliorum P., quae etiam « philoxeniana » nominari solet. P. vertit etiam Apocalypsim, cuius exstat ms. saec. IX, et 4 parvas catholicas epistulas (2 Petr., 2 et 3 Io, Iudae) e qua versione derivat alia vetus arabica et duplex syriaca recensio. E V. Test. videntur P. ut auctorem habere quaedam pericopes Is. quae in vetusta syro-hexaplari leguntur.

Ed. vers. Apocal.: J. Gwynn, The Ap. of St. John in a syr. Version hitherto unknown, Dublin 1897.

Ed. 4 ep. cath.: Pococke, Ep. quatuor, Petr. sec... Leyden 1630. Tum haec tum praecedens ed. adhibitae sunt a Polyglotta Parisiensi et subsequentibus. *Ed. vers. arabicae*: A. Merx, Ztschr. f. Assyr. 12 (1897) 240-52, 348-81; 13 (1898) 1-28.

Ed. fragm. de Is.: A. M. Ceriani, Monum. Sacra et Profana 5, 1, Milano 1868, pp. 1-40. Cfr. Idem, Le edizioni e i manoscritti siriache delle versioni del V. Test., Atti del Reg. Ist. Lombardo 1869, p. 17.

Studia: J. G. Adler, Novi Test. versiones syr. simplex, Philoxeniana et Hierosolymitana, Kopenhagen 1789. - F. Uhlemann, De versionum N. T. syriacarum usu critico, Berlin 1850. - J. Gwynn, Remnants of the later syriac Versions of the Bible, London 1909. - Baumstark 144-45. - W. D. McHardy, James of Edessa's citations from the Philoxenian text of the Book of Acts, JTS 43 (1942) 168-73. - J. M. Vosté, Les citations syro-hexaplaires d'Išoʿdad de Merw dans le commentaire sur les Psaumes, Bi. 2 (1945) 12-36. - W. D. McHardy, The Text of Mattew and Mark in White's *Versio Syriaca Philoxeniana* and in the New College Ms 333, JTS 49 (1948) 175-78. - Idem, The Text of Acts in James of Edessa's Citations and in the Cambridge Add. Ms. 1700, JTS 50 (1949) 186-7. - J. Bignami - Odier et G. Levi della Vida, Une version latine de l'Apocalypse syro-arabe de Serge-Bahira, Mél. d'Arch. et d'Hist. 62 (1950) 125-48. - A. Vööbus, Studies in the History of the Gospel Text in syriac, CSCHO Subs. 3, Louvain 1951. - Idem, Early Versions of the N. Testament, Stockholm 1954. - S. Grill, Das N. Testament nach dem syrischen Text, Klosterneuburg-München 1955.

§ 106. Simeon ep. in Beth Aršam.

Ardens monophysita, dictus etiam « disputator persa » quia in Persia suam doctrinam propagavit, tenuit controversiam in qua Katholikou Babaj (497-502/3) argumenta confutavit, quare ad sedem episcopalem evectus est. Convertit tres magos qui circa an. 509 martyrium passi sunt. S. saepe venit Ḥirtam et Constantinopolim in qua urbe ante an. 548 mortuus est.

A Ḥirta dedit an. 524 litteras ad Simeonem Gabbulae in quibus de Aretha et sociis martyribus himjaritis sermo est, qui prae-

- *Ed.* : G. OLINDER, A Letter of Ph. of M. sent to a Novice, Göteborg 1941 [cum *vers. angl.*]. 14) Ad quendam « discipulum » in citato ms. (inedita). 15) Ad quendam conversum e judaismo in ms. saec. X (inedita).

Aliqua liturgica scripta Ph. tribuuntur de quorum tamen genuinitate non constat.

DOCTRINA

Ph. fuit ferventissimus protagonista monophysismi nominalis dicti etiam severiani.

Cum Ph. teneret foetum non nisi post 40 dies animari, docet primam factam esse in Christo incarnationem, postea vero unitam animam ex qua incorporatione resultat inhumanatio. Christus est et Patri et Mariae consubstantialis. Humanitas est in Christo perfecta et inconfusa. Si per « proprium » intelligitur autonomia, tunc humanitas in Christo caret proprietate. Si vero per proprietates intelliguntur notae essentiales, tunc manent et in Deo et in humanitate. Si vero per proprietates intelliguntur illae notae quae non adhaerent cuique naturae sed illam ut individuam determinant (notae hypostaticae) tunc dicendum Verbum illas habere non autem humanitatem. Cum pro Ph. idem significent « physis » et « hypostasis » seu « prosopon », nam nulla dari potest natura realis quae non sit hypostatica, inde est quod ipse in Christo unicam « physin » admittat, sequens terminologiam cyrillianam praechalcedonensem. In Trinitate tamen Ph. distinguit bene inter conceptus « physis » et « hypostasis » cum 3 hypostases, 1 vero physin in Deo admittat.

Ph. videtur errorem impanationis in Eucharistia docere.

Studia : I. HAUSHERR, Contemplation et sainteté. Une remarquable mise au point par Ph. d. M., Rev. Asc. Myst. 14 (1933) 171-95. - W. de VRIES, Sakramententheologie bei den syrischen Monophysiten, Roma 1940. - J. LEBON, La christologie du monophysisme syriaque, in GRILLMEIER - H. BACHT, Das Konzil von Chalkedon I Würzburg 1951, pp. 425-580. - E. BERGSTRASSER, Monophysitismus und Paulustradition bei Ph. v. Mabbug, ThLZ 80 (1955).

§ 105. Polycarpus.

Chorepiscopus in dioecesi Mabbug, vertit, hortante Philoxeno, N. Test. et psalterium, forsan etiam e versione LXX partes V. Test. Evangelia quae P. an. 507-8 vertit forsan sunt idem textus quem deinde Thomas Ḥarkelensis recognovit. Non constat certo nobis conservatam esse versionem Evangeliorum P., quae etiam « philoxeniana » nominari solet. P. vertit etiam Apocalypsim, cuius exstat ms. saec. IX, et 4 parvas catholicas epistulas (2 Petr., 2 et 3 Io, Iudae) e qua versione derivat alia vetus arabica et duplex syriaca recensio. E V. Test. videntur P. ut auctorem habere quaedam pericopes Is. quae in vetusta syro-hexaplari leguntur.

Ed. vers. Apocal. : J. GWYNN, The Ap. of St. John in a syr. Version hitherto unknown, Dublin 1897.

Ed. 4 ep. cath. : POCOCKE, Ep. quatuor, Petr. sec... Leyden 1630. Tum haec tum praecedens ed. adhibitae sunt a Polyglotta Parisiensi et subsequentibus. *Ed. vers. arabicae* : A. MERX, Ztschr. f. Assyr. 12 (1897) 240-52, 348-81 ; 13 (1898) 1-28.

Ed. fragm. de Is. : A. M. CERIANI, Monum. Sacra et Profana 5, 1, Milano 1868, pp. 1-40. Cfr. Idem, Le edizioni e i manoscritti siriache delle versioni del V. Test., Atti del Reg. Ist. Lombardo 1869, p. 17.

Studia : J. G. ADLER, Novi Test. versiones syr. simplex, Philoxeniana et Hierosolymitana, Kopenhagen 1789. - F. UHLEMANN, De versionum N. T. syriacarum usu critico, Berlin 1850. - J. GWYNN, Remnants of the later syriac Versions of the Bible, London 1909. - BAUMSTARK 144-45. - W. D. MCHARDY, James of Edessa's citations from the Philoxenian text of the Book of Acts, JTS 43 (1942) 168-73. - J. M. VOSTÉ, Les citations syro-hexaplaires d'Išoʻdad de Merw dans le commentaire sur les Psaumes, Bi. 2 (1945) 12-36. - W. D. MCHARDY, The Text of Mattew and Mark in White's *Versio Syriaca Philoxeniana* and in the New College Ms 333, JTS 49 (1948) 175-78. - Idem, The Text of Acts in James of Edessa's Citations and in the Cambridge Add. Ms. 1700, JTS 50 (1949) 186-7. - J. BIGNAMI - ODIER et G. LEVI DELLA VIDA, Une version latine de l'Apocalypse syro-arabe de Serge-Bahira, Mél. d'Arch. et d'Hist. 62 (1950) 125-48. - A. VÖÖBUS, Studies in the History of the Gospel Text in syriac, CSCHO Subs. 3, Louvain 1951. - Idem, Early Versions of the N. Testament, Stockholm 1954. - S. GRILL, Das N. Testament nach dem syrischen Text, Klosterneuburg-München 1955.

§ 106. Simeon ep. in Beth Aršam.

Ardens monophysita, dictus etiam « disputator persa » quia in Persia suam doctrinam propagavit, tenuit controversiam in qua Katholikou Babaj (497-502/3) argumenta confutavit, quare ad sedem episcopalem evectus est. Convertit tres magos qui circa an. 509 martyrium passi sunt. S. saepe venit Ḥirtam et Constantinopolim in qua urbe ante an. 548 mortuus est.

A Ḥirta dedit an. 524 litteras ad Simeonem Gabbulae in quibus de Aretha et sociis martyribus himjaritis sermo est, qui prae-

cedenti anno a judaico rege jemenita Du Nuwas occisi erant. De quibus in ms. tardiore exstat et anonyma narratio. In alio scripto ad anonymum S. deplorat nestorianizationem Persiae ope Bar Ṣaumae consummatam.

Ed. ep. ad Sim.: Assemani, BO 1, 364-79 [cum *vers. lat.*]. - P. Bedjan, AMS 1, 372-97. - J. P. Land, Anecd. Syr. 3, 235-42.
Ed. anon. narrat.: G. Knös, Chrest. Syr., Göttingen 1807, pp. 37-54. Alia Acta cfr. in BHO [99-107].
Ed. ep. anonym.: Assemani, BO 1, 346-58.
Studia: I. Guidi, La lettera di S. vescovo di B. A. sopra i martiri Omeriti. Att. Acc. Linc. 3, Mem. 7 (1881) 501-15. - Baumstark 145-6. - A. Moberg, The Book of the Himyarites, Lund 1924. - E. Brooks PO 7, 613-14. - L. Duchesne, L'Église au VI[e] siècle, Paris 1925, 289-93. - Bollandistae, Martyrologium romanum, Bruxellis 1940, ad diem 24 oct.

§ 107. Ioannes (Joḥannan) Bar Kursos ep. Tellae.

De I. narrant Ioannes Asiae in H. E. et discipulus suus Elias qui biographiam magistri sat veridicam composuit (*ed.*: H. G. Kleyn, Het Leven van J. van Tella door Elias, Leyde 1882, cum *vers. neerland*).

Natus Callinici an. 482-83 ordinatus a Iacobo Sarugensi episcopus Tellae an. 519, mortuus est Antiochiae 6-11-538, quo die a monophysitis ut martyr ideo colitur quia instante patriarcha orthodoxo Ephraemo et iussu praefecti persae Nisibis vinculis ligatus et postea Nisibi et Antiochiae vexatus propter suam fidem violenta morte periit. I. monastica vita exercitus venit Byzantium an. 533, sed iterum ad monasterium in monte Sinğar confugit. Ut fidem monophysiticam propagaret millia hominum celeri manuum impositione presbyteros ordinavit.

I. misit ad monachos prope Tellam formulam fidei (ineditam in ms. *Brit. Mus.* Add. 14549 saec. VIII-IX). Praeterea ad quendam Sergium interrogantem de Eucharistia per 48 canones respondit.

Ed. Th. Lamy, Dissertatio de Syrorum fide et disciplina in re eucharistica, Lovanii 1859, pp. 62-97 [cum *vers. lat.*]. - *vers. gall.*: F. Nau, Les canons et les résolutions canoniques de Rabboula, Jean de Tella... Paris 1906, pp. 8-19.

« Ad clericos » vero respondit per alia 28 monita seu canones de re liturgica.

Ed.: C. Kuberczyk, Canones Johannis bar Cursus, Tellae mauzlatae ep. e codice syr. parisino et quattuor londinens. editi, Leipzig 1901. - *vers. gall.*: F. Nau, op. cit. 20-30.

Inedita iacent scriptum de officiis diaconi (partim existens in ms. *Cambrid.* Add. 2023, 26 *b*°) et commentarium de Trishagio (ms. *Vat. Syr.* 159. XIX° etc.).

Studia: Baumstark 174.

§ 108. Jacobus Burde'ana (Baradaeus).

Exstat eius biographia falso Ioanni Asiae tributa, tamen ante saec. VII exarata.

Ed. J. P. Land, Anecd. Syr. 2, 364-83. - E. Brooks, PO 19, 228-68 [cum *vers. angl.*]. - *vers. lat.*: W. G. van Douwenland, Ioannis Eph. Comm. de Beat. orient., Amsterdam 1889, pp. 203-15. Posteriore tempore initio saec. VII adiecta est narratio translationis corporis (*ed.*: M. A. Kugener, ROC 7 (1902) 186-217. - E. Brooks, Po 19, 268-73 [cum *vers. angl.*].

A J., impigro propagatore monophysismi severiani, eius asseclae « Jacobitae » vocati sunt. J. iuvenis monasticam vitam egit in monasterio Pesilta in montanis Izlae, qui ca. an. 527-8 Byzantium missus est ut causam monophysismi in aula imperiali tueretur. Cum in hac usque ad an. 542-3 commoraretur favorem imperatricis Theodorae adeptus est. Tum petente rege arabum Ḥarith ibn Ğabala, J. ordinatus est episcopus titularis Edessae a patriarcha alexandrino Theodosio ut in orientali limite romani imperii animarum curam gereret. J. vero praesertim multis ordinatis monophysitis episcopis novam hierarchiam fundavit quae an. 544, ordinato patriarcha antiocheno Sergio, quasi completa est. Plures deinde machinationes et insidias J. sustinere debuit qui ad patriarcham alexandrinum Damianum pergens in itinere ad limen Aegypti in monasterio Romani an. 578 obiit.

Paucae J. restant epistulae e graeco versae. Ei pariter tribuuntur anaphora, formula fidei et homilia de Annuntiatione, quorum tamen priores non nisi dubia, ultima vero nulla genuinitate gaudent. Duo ultima nota sunt per versionem arabicam.

Ed. epist.: H. G. Kleyn, J. B., de Stichter der syr. monophysitische Kerk, Leyden 1882, pp. 164-94.

Anaphorae *vers. lat.*: E. RENAUDOT, Liturgiarum orientalium collectio 2, 333-41.
Ed. vers. arab. symboli fidei: KLEYN, op. cit. 121-39. - *vers. neerlandica*: 139-63. Homilia vero est inedita.
Studia: BAUMSTARK 174-5.

§ 109. Miscellanea Polemica Monophysitica.

In mss. *Brit. Mus. a)* Add. 12156 ante an. 562 exarato *b)* Add. 12155 saec. VIII et *c)* Add. 14533 saec. VIII-IX, in ms. *d) Vat. Syr.* 135 saec. VII-VIII iacent miscellanea p. m. quae sive indolis generalis sunt, sive contra Julianum Halicarnassum, aut Nestorianos, aut tritheistas, aut alios adversarios per florilegia, per disputationes et parvos tractatus saepe anonymos propriam doctrinam defendunt. Nondum haec sunt aut studio examinata aut integre edita quare nec facile est concludere quinam compilatores fuerint, graeci an syri, et quo tempore comparata sint. Iure retinetur scripta esse saec. V et VI quod non impedit aliquas compilationes posterius factas esse. Hae vero magnae utilitatis sunt v. gr. pro historia tritheismi et erroris aphthartodocetismi, necnon pro genuinitate textuum anteriorum Patrum qui citantur, definienda.

Restat ineditum in ms. *Brit. Mus.* Add. 12154 saec. VIII-IX florilegium biblicum.

Edita sunt ex a): I. RUCKER, Florilegium Edessenum anonymum (syriace ante 562), Sitzungsberichte der Bayr. Akad., München 1933- ex a) et b): F. NAU, Fragments compilés par les monophysites. Excerpta de Timoteo Aeluro. PO XIII, 180-247 [cum *vers. gall.*]. - ex b) et c): G. FURLANI, Sei scritti antitriteistici PO XIV, 673-766 [cum *vers. ital.*]. - ex b): R. DRAGUET, Pièces de polémique antijulianiste, Mus. 44 (1931) 254-317 [cum *vers. lat.*]; 54 (1941) 59-89 [cum *vers. gall.*]. - ex d): G. FURLANI, Un florilegio antitriteistico in lingua siriaca, Atti dell'Ist. Ven. delle Sc. 83 (1924) 661-77. - e ms. *Brit. Mus.* Add. 14663 saec. VI-VII: R. DRAGUET, Une pastorale antijulianiste des environs de l'année 530, Mus. 40 (1927) 75-92 [cum *vers. gall.*].
Studia: BAUMSTARK 176-7. - R. DRAGUET, Julien d'Halicarnasse et sa controverse sur l'incorruptibilité du corps du Christ, Louvain 1924.

§ 110. Petrus e Callinico.

Mortuus est 22-4-591 in monasterio Gubba Barraja. Cum an. 577-8 P. tunc monachus in conventu Ananiae eligeretur a monophysitis severianis patriarcha loco Pauli cumque in Aegyptum venisset, in controversiam incidit cum alexandrino patriarcha Damiano, quae nunquam sedata est.

P. conservantur sequentia opera in antiquis mss. 1) hymnus pentasyllabus de Crucifixione (ineditus in ms. *Brit. Mus.* Add. 14591 saec. VI) 2) citatio epistulae ad episcopos Mesopotamiae (inedita in ms. *Brit. Mus.* Add. 12155) 3) Opus contra Damianum (dispersum in pluribus mss. Cfr. ASSEMANI, BO, 2, 378-82; BAUMSTARK 177 nota 9).

Studia: R. DUVAL, 365-6. - BAUMSTARK, 177.

§ 111. Daniel e Ṣalaḥ.

Ipso testante, auctor fuit 3 tomorum in quibus psalmos commentatur quos an. 541-2 scripsit. Quibus addendi sunt commentarii in Ecclesiasten et in plagas Aegypti, hodie deperditi.

Ed. solummodo partiales existunt. - hom. 1 et 2.: G. DIETTRICH, Eine jacobitische Einleitung in d. Psalter in Verbindung mit zwei Homilien aus dem grossen Psalmenkommentar des D. von S. zum ersten Mal herausg. Giessen 1912 [cum *vers. germ.*]. - hom. 83, 95, 115: L. LAZARUS, Wiener Ztschr. f. d. Kunde des Morgenl. 9 (1895) 85-108, 149-224. - fragmenta prologi et hom. 83, 150: I. E. RAHMANI, St. Syr. 1, 27-8, *vers. lat.* 26-7.

Studia: G. DIETTRICH, op. cit. - BAUMSTARK, 179.

§ 112. Ioannes Ephesi (aut Asiae).

Natus est in regione Amidae anno circiter 507. Puer et adolescens crevit in monasterio Maronis stylitae; sed annum agens 15 ingressus est monasterium Mar Ioannis Urtaya, Amidae, ubi a. 529 diaconus factus est. I. simul cum aliis monachis expulsus est e monasterio a patriarcha antiocheno Ephraemo. Post diversa itinera I. venit CPlim ubi per plures annos gavisus est favore imperatoris Iustiniani, qui a. 542 eum ad convertendos paganos in regionibus Asiae, maxime prope Ephesum, destinavit. Inde eius episcopatus et titulus « Ephesi » et « Asiae ». Alia ministeria exercuit in insula Chios et in ipsa CPli, tum idololatras detegendo tum etiam vitam monachalem in villa Sycae instaurando, quae postea « monasterium syrorum » appellata est. Post mortem patriarchae Theodosii (566) I. agnitus est ut primus inter monophysitas CPlis. Cum vero Iustinus II persecutionem contra mono-

physitas moveret, I. qui noluit « Henoticon » recipere, in vincula coniectus est et plures alias vexationes sustulit. Tandem an. 586 sub Mauricio mortuus est. Chronologia in vita I. non est semper perspicua.

I. fuit primus egregius historiographus inter syros. Praeter maternam linguam syriacam calluit etiam graecam; sed sola scripta syriaca ex eius calamo restant, et solum indolis historicae.

1. *Historiae beatorum orientalium*. Est quasi « Historia Lausiaca » seu « Legenda Aurea » monasterii Mar Ioannis Amidensis ubi 700 monachi florebant. Narrantur facta sermone simplici et « aedificativo », ita tamen ut prae manibus habeamus fontem primi ordinis tum ad historiam monachatus in Mesopotamia tum ad ipsam culturam civilem illustrandam. Inter plures codices antiquissimus est *Brit. Mus.* Add. 14647 anni 688.

Editiones : J. P. N. LAND, Anecdota Syriaca, II, Leyden 1868, pp. 1-288. - E. W. BROOKS, PO XVII-XIX.
Versiones : *Latina* : W. J. van DOUWEN - J. P. N. LAND, Joannis E. Episc. Commentarii, Amsterdam 1889. - *Anglica* : E. W. BROOKS, op. cit.

2. *Historia Ecclesiastica*. Composita est a I. tempore persecutionis. Constabat tribus partibus cum senis libris. Prima pars videtur descripsisse potius brevi sermone eventus ab initiis christianismi usque ad « Latrocinium Ephesi » an. 449. Secunda pars complectebatur sequentia usque ad sextum annum imperii Iustini II (575) dum tertia pars tractat reliqua usque ad an. 585.

Historia haec ad eventus saec. V et praesertim VI cognoscendos utilissima est etiamsi propter vehementem adhaesionem I. causae monophysismi aliis fontibus sit contemperanda.

Prima pars periit. Secunda vero solum partim et fragmentarie nobis nota est per Chronicon Pseudo-dionysianum quod de ea copiose haurit. Tertia autem pars prostat in codice vetustissimo *Brit. Mus.* Add. 14640 saec. VII.

Editiones : W. CURETON, The third part of the Ecclesiastical History of J. Bishof of E. now first edited, Oxford 1853. - E. W. BROOKS, CSCHO, ser. 3, tom. 3, Lovanii 1935 [3. pars]. - J. P. N. LAND, Anecdota syriaca II, op. cit. [fragmenta e 2. parte].
Versiones : *Anglica* [3. partis] : R. PAYNE SMITH [e Cureton], Oxford 1860. - *Germanica* [3. partis] : J. M. SCHÖNFELDER, Die Kirchengeschichte des Jo. v. Eph., München 1862. - *Latina* : E. W. BROOKS, op. cit.
Studia : J. P. N. LAND, De gedenkschriften v. een Monoph. uit de 6 eeuw, K. Ak. v. Wetenschappen, Amsterdam 1888. - L. DUCHESNE, Jean d'Asie. Mémoire lu devant les 5 Académies le 25 oct. 1892, Journ. Officiel, n⁰. 299, p. 5200. - A. DYAKONOV, Ioannes Ephesinus et suum opus Historiae Ecclesiasticae [russice], Petersburg 1908. - E. W. BROOKS, PO XVII, - BAUMSTARK, 181-82.

§ 113. Aḥudemmeh.

Natus in Beth ʿArbaje, prius, ut videtur, nestorianus fuit. Deinde episcopus Beth ʿArbaje factus est cum iam doctrinam monophysiticam profiteretur. Jacobus Baradaeus munus ei commisit evangelizandi arabes qui in Mesopotamia erant. A. plures fundavit conventus et ausus est filium Chosrois I baptizare, qui an. 573 iussit A. in carcerem detrudi in quo a. 575 obiit. Haec describuntur in biographia antiqua (ed. F. NAU PO 4,1-51) et confirmantur a Ioanne Asiae et aliis.

A. studiis philosophicis vacavit et e doctrinis aristotelicis copiose, ut videtur, mutuatus est. Conservantur duo parva opuscula de anima et de unione animae et corporis.

Ed. : F. NAU PO 3, 97-120.
Studia : BAUMSTARK 178. - G. FURLANI, ʿEnânîšôʿ. A. e il Libro delle Definizioni di Michele l'Interprete, Rend. Acc. Naz. dei Lincei, Ser. V, vol. 36, Roma 1922. - Idem, La psicologia di A., Atti della R. Acc. delle Sc. di Torino 61 (1926) 807-45.

§ 114. Ḥenana.

Celeber hic theologus natus est in Adiabene et Nisibi, magistro Moyse, sub Abraham studuit. Miro modo Ḥ. amplexus est doctrinam antinestorianam quam statim a cathedra niṣibena propagare incepit; hac de causa expulsus est Nisibi ab ep. Paulo, sed probabilius favore imperatoris Persiae regredi ei licuit, qui an. 572 regimen Scholae suscepit quod usque ad mortem, an. 610, per 38 annos tenuit. Ḥ. persecutionem ab Išoʿjahb I Katholiko et ab aliis propter suam dogmaticam rebellionem sustinere debuit. Idcirco etiam numerus alumnorum multum minuit.

Ea quae de V. et N. Testamento copiose scripsit, sine dubio propter suam adversus Mopsuestenum pugnam, penitus perierunt. Restant solum duo breves sermones de « Sexta feria aurea », Pentecostis scilicet, et de rogationibus in « jejunio Ninivitarum ».

Ed. : A. SCHER PO 7, 53-87 [cum *vers. gall.*].

physitas moveret, I. qui noluit « Henoticon » recipere, in vincula coniectus est et plures alias vexationes sustulit. Tandem an. 586 sub Mauricio mortuus est. Chronologia in vita I. non est semper perspicua.

I. fuit primus egregius historiographus inter syros. Praeter maternam linguam syriacam calluit etiam graecam; sed sola scripta syriaca ex eius calamo restant, et solum indolis historicae.

1. *Historiae beatorum orientalium*. Est quasi « Historia Lausiaca » seu « Legenda Aurea » monasterii Mar Ioannis Amidensis ubi 700 monachi florebant. Narrantur facta sermone simplici et « aedificativo », ita tamen ut prae manibus habeamus fontem primi ordinis tum ad historiam monachatus in Mesopotamia tum ad ipsam culturam civilem illustrandam. Inter plures codices antiquissimus est *Brit. Mus.* Add. 14647 anni 688.

Editiones: J. P. N. LAND, Anecdota Syriaca, II, Leyden 1868, pp. 1-288. - E. W. BROOKS, PO XVII-XIX.
Versiones: *Latina*: W. J. van DOUWEN - J. P. N. LAND, Joannis E. Episc. Commentarii, Amsterdam 1889. - *Anglica*: E. W. BROOKS, op. cit.

2. *Historia Ecclesiastica*. Composita est a I. tempore persecutionis. Constabat tribus partibus cum senis libris. Prima pars videtur descripsisse potius brevi sermone eventus ab initiis christianismi usque ad « Latrocinium Ephesi » an. 449. Secunda pars complectebatur sequentia usque ad sextum annum imperii Iustini II (575) dum tertia pars tractat reliqua usque ad an. 585.

Historia haec ad eventus saec. V et praesertim VI cognoscendos utilissima est etiamsi propter vehementem adhaesionem I. causae monophysismi aliis fontibus sit contemperanda.

Prima pars periit. Secunda vero solum partim et fragmentarie nobis nota est per Chronicon Pseudo-dionysianum quod de ea copiose haurit. Tertia autem pars prostat in codice vetustissimo *Brit. Mus.* Add. 14640 saec. VII.

Editiones: W. CURETON, The third part of the Ecclesiastical History of J. Bishof of E. now first edited, Oxford 1853. - E. W. BROOKS, CSCHO, ser. 3, tom. 3, Lovanii 1935 [3. pars]. - J. P. N. LAND, Anecdota syriaca II, op. cit. [fragmenta e 2. parte].
Versiones: *Anglica* [3. partis]: R. PAYNE SMITH [e Cureton], Oxford 1860. - *Germanica* [3. partis]: J. M. SCHÖNFELDER, Die Kirchengeschichte des Jo. v. Eph., München 1862. - *Latina*: E. W. BROOKS, op. cit.
Studia: J. P. N. LAND, De gedenkschriften v. een Monoph. uit de 6 eeuw, K. Ak. v. Wetenschappen, Amsterdam 1888. - L. DUCHESNE, Jean d'Asie. Mémoire lu devant les 5 Académies le 25 oct. 1892, Journ. Officiel, n°. 299, p. 5200. - A. DYAKONOV, Ioannes Ephesinus et suum opus Historiae Ecclesiasticae [russice], Petersburg 1908. - E. W. BROOKS, PO XVII, - BAUMSTARK, 181-82.

§ 113. Aḥudemmeh.

Natus in Beth ʿArbaje, prius, ut videtur, nestorianus fuit. Deinde episcopus Beth ʿArbaje factus est cum iam doctrinam monophysiticam profiteretur. Jacobus Baradaeus munus ei commisit evangelizandi arabes qui in Mesopotamia erant. A. plures fundavit conventus et ausus est filium Chosrois I baptizare, qui an. 573 iussit A. in carcerem detrudi in quo a. 575 obiit. Haec describuntur in biographia antiqua (ed. F. NAU PO 4,1-51) et confirmantur a Ioanne Asiae et aliis.

A. studiis philosophicis vacavit et e doctrinis aristotelicis copiose, ut videtur, mutuatus est. Conservantur duo parva opuscula de anima et de unione animae et corporis.

Ed.: F. NAU PO 3, 97-120.
Studia: BAUMSTARK 178. - G. FURLANI, ʿEnânîšôʿ. A. e il Libro delle Definizioni di Michele l'Interprete, Rend. Acc. Naz. dei Lincei, Ser. V, vol. 36, Roma 1922. - Idem, La psicologia di A., Atti della R. Acc. delle Sc. di Torino 61 (1926) 807-45.

§ 114. Ḥenana.

Celeber hic theologus natus est in Adiabene et Nisibi, magistro Moyse, sub Abraham studuit. Miro modo Ḥ. amplexus est doctrinam antinestorianam quam statim a cathedra niṣibena propagare incepit; hac de causa expulsus est Nisibi ab ep. Paulo, sed probabilius favore imperatoris Persiae regredi ei licuit, qui an. 572 regimen Scholae suscepit quod usque ad mortem, an. 610, per 38 annos tenuit. Ḥ. persecutionem ab Išoʿjahb I Katholiko et ab aliis propter suam dogmaticam rebellionem sustinere debuit. Idcirco etiam numerus alumnorum multum minuit.

Ea quae de V. et N. Testamento copiose scripsit, sine dubio propter suam adversus Mopsuestenum pugnam, penitus perierunt. Restant solum duo breves sermones de « Sexta feria aurea », Pentecostis scilicet, et de rogationibus in « jejunio Ninivitarum ».

Ed.: A. SCHER PO 7, 53-87 [cum *vers. gall.*].

Doctrina Ḥ. eruenda est potius ex adiunctis biographiae et e nuntiis ab auctoribus coaevis traditis. Constat H. admisisse vocem *theotokos* et ad mentem Chalcedonensium in Christo unam personam et duas naturas considerasse. Respuebat doctrinam christologicam et pelagianizantem Theodori Mopsuesteni. Dicitur Ḥ. indulsisse theoriis Origenis immo et eius erroribus circa apokatastasin et resurrectionem. Accusatio autem Babai Magni quod Ḥ. defenderit fatalismum vana est.

Studia: A. SCHER PO 7, 7-10. - BAUMSTARK 127.

§ 115. Antiquissima Monumenta Liturgica.

1 - Conservatur *fragmentum anaphorae*, olim aramaicae, quae in sua compositione quandam similitudinem cum posteriore « Liturgia Apostolorum » nestoriana habet. Iacet vero in ms. saec. VI: *Brit. Mus.* Add. 14669. Agitur de oratione eucharistica probabilius prima inter nestorianos.

2. - *Anaphorae Iacobi* quae frequens fuit in Palaestina et quae e graeco versa, etiam in finitimos syros propagata est exstant duae recensiones, quarum prima in sat communi usu primitivo jacobitarum fuisse videtur et per eos ad maronitas et ad aethiopes pervenisse, secunda vero fundamentum fuit versione antiquae armenicae. Aetas primae secundum decennium saec. VI fuisse censetur.

Ed.: fragmentorum: R. H. CONNOLLY, OC 12, 14 (1925) 99-128.
Ed. Anaphorae Iacobi: O. HEIMING, Anaphorae syriacae II, Romae 1953, pp. 106-80 [cum *vers. lat.*]. - *vers. angl.*: F. E. BRIGHTMAN, Liturgies Eastern and Western I, Oxonii 1896, pp. 83-106.
Vers. angl. fragmenti: BRIGHTMAN ibid. 511-8.
Studia: A. RÜCKER, Die syrische Jacobosanaphora nach der Rezension des Ja'qôb (h) von Edessa, Münster 1923. - BAUMSTARK, Die armenische Rezension der Jacobusliturgie, OC 7-8 (1919) 1-32. - H. GOUSSEN, Über einen neuen orientalischen-liturgischen Fund, OC 3, 1 (1927) 174. - B. Ch. MERCIER, La liturgie de saint Jacques, PO 26, 2 (1946).

CAPUT II

SCRIPTORES MONOPHYSITAE PRIMA MEDIETATE SAEC. VII

Haec periodus insignis est tum propter studia biblica, cum revisio hexaplaris Veteris Testamenti sit peracta, tum propter studia exegetica et philosophica quae celebre centrum in monasterio Qennešrin prope Euphratem habuerunt. Opera Aristotelis prae neoplatonicis favore monachorum gavisa sunt.

§ 116. Athanasius I Patriarcha.

Dictus etiam Gammala, natus est Samosatae et in Qennešrin (prope Aleppo) monasticam vitam egit. Ordinatus patr. antiochenus an. 594-5 obtinuit Alexandriae conciliationem cum monophysitis Aegypti an. 609-10. Negotiationes vero in Mabbug ab A. cum imperatore Heraclio an. 621 habitae vanae fuerunt. Mortuus est an. 630-1.

Michael I in sua Chronica (ed. CHABOT, pp. 405-9 vers. gall. II, 405-8; ib. 400-2 vers. II, 394-9) adducit plura documenta A. inter quae scriptum Heraclio oblatum et alia eiusmodi quae haud dubie graece exarata fuerant, sed etiam encyclica ad episcopos orientales et epistula ad ep. Cyriacum Amidae de unione, quae syriace fuerunt compositae. Biographia A. de Severo antiocheno iacet solum fragmentarie in coptica et plene in aethiopica lingua.

Ed.: E. J. GOODSPEED - W. E. CRUM, PO 4, 578-718 [cum *angl. vers.*].
Studia: BAUMSTARK 185-6.

§ 117. Paulus ep. Tellae.

Ei tribuitur versio ritus baptismi secundum Severum Antiochenum quae est inedita (ms. *Brit. Mus.* Add. 14495 saec. X-XI).

Doctrina Ḥ. eruenda est potius ex adiunctis biographiae et e nuntiis ab auctoribus coaevis traditis. Constat H. admisisse vocem *theotokos* et ad mentem Chalcedonensium in Christo unam personam et duas naturas considerasse. Respuebat doctrinam christologicam et pelagianizantem Theodori Mopsuesteni. Dicitur Ḥ. indulsisse theoriis Origenis immo et eius erroribus circa apokatastasin et resurrectionem. Accusatio autem Babai Magni quod Ḥ. defenderit fatalismum vana est.

Studia: A. Scher PO 7, 7-10. - Baumstark 127.

§ 115. Antiquissima Monumenta Liturgica.

1 - Conservatur *fragmentum anaphorae*, olim aramaicae, quae in sua compositione quandam similitudinem cum posteriore « Liturgia Apostolorum » nestoriana habet. Iacet vero in ms. saec. VI: *Brit. Mus.* Add. 14669. Agitur de oratione eucharistica probabilius prima inter nestorianos.

2. - *Anaphorae Iacobi* quae frequens fuit in Palaestina et quae e graeco versa, etiam in finitimos syros propagata est exstant duae recensiones, quarum prima in sat communi usu primitivo jacobitarum fuisse videtur et per eos ad maronitas et ad aethiopes pervenisse, secunda vero fundamentum fuit versione antiquae armenicae. Aetas primae secundum decennium saec. VI fuisse censetur.

Ed.: fragmentorum: R. H. Connolly, OC 12, 14 (1925) 99-128. *Ed.* Anaphorae Iacobi: O. Heiming, Anaphorae syriacae II, Romae 1953, pp. 106-80 [cum *vers. lat.*]. - *vers. angl.*: F. E. Brightman, Liturgies Eastern and Western I, Oxonii 1896, pp. 83-106.
Vers. angl. fragmenti: Brightman ibid. 511-8.
Studia: A. Rücker, Die syrische Jacobosanaphora nach der Rezension des Ja'qôb (h) von Edessa, Münster 1923. - Baumstark, Die armenische Rezension der Jacobusliturgie, OC 7-8 (1919) 1-32. - H. Goussen, Über einen neuen orientalischen-liturgischen Fund, OC 3, 1 (1927) 174. - B. Ch. Mercier, La liturgie de saint Jacques, PO 26, 2 (1946).

Caput II

SCRIPTORES MONOPHYSITAE PRIMA MEDIETATE SAEC. VII

Haec periodus insignis est tum propter studia biblica, cum revisio hexaplaris Veteris Testamenti sit peracta, tum propter studia exegetica et philosophica quae celebre centrum in monasterio Qennešrin prope Euphratem habuerunt. Opera Aristotelis prae neoplatonicis favore monachorum gavisa sunt.

§ 116. Athanasius I Patriarcha.

Dictus etiam Gammala, natus est Samosatae et in Qennešrin (prope Aleppo) monasticam vitam egit. Ordinatus patr. antiochenus an. 594-5 obtinuit Alexandriae conciliationem cum monophysitis Aegypti an. 609-10. Negotiationes vero in Mabbug ab A. cum imperatore Heraclio an. 621 habitae vanae fuerunt. Mortuus est an. 630-1.

Michael I in sua Chronica (ed. Chabot, pp. 405-9 vers. gall. II, 405-8; ib. 400-2 vers. II, 394-9) adducit plura documenta A. inter quae scriptum Heraclio oblatum et alia eiusmodi quae haud dubie graece exarata fuerant, sed etiam encyclica ad episcopos orientales et epistula ad ep. Cyriacum Amidae de unione, quae syriace fuerunt compositae. Biographia A. de Severo antiocheno iacet solum fragmentarie in coptica et plene in aethiopica lingua.

Ed.: E. J. Goodspeed - W. E. Crum, PO 4, 578-718 [cum *angl. vers.*].
Studia: Baumstark 185-6.

§ 117. Paulus ep. Tellae.

Ei tribuitur versio ritus baptismi secundum Severum Antiochenum quae est inedita (ms. *Brit. Mus.* Add. 14495 saec. X-XI).

Maximum tamen meritum P. in eo est quod, hortante patriarcha antiocheno Athanasio I et aliis collaborantibus inter quos memoratur diaconus Thomas, syncellos patriarchae, novam versionem Veteris Testamenti secundum origenianam hexaplarem ann. 615-7 prope Alexandriam perfecit, quae maximi momenti est tum quia textus graecus huius operis fere deperditus est, tum quia sive in liturgia sive in aliis scriptis haec versio quae dicitur « syro-hexaplaris » antecedens dominium « pešittae » occupare incepit. Restat in *Bibl. Ambrosiana* exemplar alterius voluminis totius versionis quod ab A. M. Ceriani photolithographice editum est Mediolani 1874. Priorum vero librorum Vet. Testamenti interdum singuli integri interdum fragmenta non pauca restant, quae in sequentibus *editionibus* exstant:

Ed.: Libri IV Reg., J. G. Hasse, Jena 1782. - Jer. Ez.: M. Norberg, Lund 1787 [cum *vers. lat.*]. - Daniel: C. Bugati, Mediolani 1788. - Ps.: P. Cighera, Mediolani 1816. - Reg. 12 Proph. Prov. Job., Cant. Cantic., Threni, Ecclesiastes: H. Middeldorpf, Berlin 1835. - Judices, Ruth: Skat Rördam, Kopenhagen 1859-61. - Bar. Thren. et epist. Jer.: A. M. Ceriani, Mediolani 1861. - Gen. Ex.: Idem, Mediolani 1863. - Fragm. Isaiae: Idem, Mediolani 1873. - ms. *Brit. Mus.* 49-51. 53. *Par.* 27: P. de Lagarde, Vet. Test. ab Origene recensiti fragmenta... Göttingen 1880. - Idem, Göttingen 1892. - Fragmenta e Lev. Deut.: G. Kerber, ZATW 16 (1896) 249-64. - I. Esdr. Neh.: Ch. C. Torrey, Amer. Journ. Semit. Lang. 23 (1907) 65-74. - Fragm. e Gen. Lev. Chron. Neh.: J. Gwynn, Remnants of the later Syr. Versions... London 1909. - M. H. Gottstein, Eine Cambridger Syrohexaplahandschrift, Mus. 67 (1954) 291-97 (Cfr. G. Mercati, Bi. 36 [1955] 227-8). - Idem, Neue Syrohexaplafragmente, Bi. 37 (1956) 162-83.

Versio P. traducta est in arabicam an. 1486 iuxta ms. saec. VII.

Studia: A. Baumstark, Nichtevangelische syr. Perikopenordnungen des ersten Jahrtausends, liturgie-geschichtl. Forsch. 3, Münster 1921, pp. 88-110. - Baumstark 186-88. - G. Mercati, Note di letteratura biblica. I: Attorno all'Onomastico della Siroesaplare, Vivre et penser 1941, pp. 5 ss. - J. M. Vosté, Les citations syrohexaplaires d'Išoʿdad de Merw dans le commentaire sur les Psaumes, Bi. 26 (1945) 12-36. - Ch. T. Fritsch, The Treatment of the Hexaplaric Signs in the Syro-Hexaplar of Proverbs, Journ. Bibl. Lit. Exeg. Philadelphia 72 (1953) 169-81.

§ 118. Thomas e Ḥarqel (Heraclea).

Monasticam vitam egit in conventu Tar'il et dein electus est episcopus Mabbugensis, sed ab imperatore Mauricio (ante

an. 602) e sede expulsus, fugit in Aegyptum ubi an. 609-10 partem habuit in negotiationibus pacis inter antiochenum et alexandrinum patriarchas. Annis 615-6 in eodem loco ac tempore ac Paulus Tellensis et hortante patriarcha Athanasio I Th. cum collaboratoribus operam dedit prope Alexandriam in monasterio « noni milliarii » revisioni N. Testamenti et versionem syrohexaplarem V. T. a Tellensi factam complevit. Fundamento Th. fuit versio philoxeniana. Porro Th. pro evangeliis prae manibus habuit graecos codices tres, pro epistulis paulinis duo, pro Apocalypsi et Catholicis epistulis unum. Haec recensio pluribus mss. conservatur. Probabiliter e Th. provenit secunda recensio Apoc. Viceversa anaphora sic dicta Th. Ḥarqelensis est certe spuria.

Ed. Evang.: J. White, Sacr. Evangeliorum vers. syr. philoxeniana... Oxford 1778. - Act. Apoc. Epist. paulin. et catholic.: Idem, Oxford 1799-803. - Evang. Ioan.: G. H. Bernstein, Das hl. Evang. des Ioan. syr. in harklens. Übs..., Leipzig 1853. - Epist. deuterocan.: J. H. Hall, The syrian antilegomena Epistles, Baltimore 1886. - Epist. ad Hebr. 11, 28-13, 25: R. L. Bensly, Cambridge 1889. - secundae vers. Apoc.: L. de Dieu, Apocal. s. Joh. ex ms exemplar. e bibl. cl. viri J. Scaligeri... Leiden 1627 et in polyglottis Parisiensi et Londinensi.

Vers. anaphorae: E. Renaudot, Liturgiarum orient. collectio 2, 383-88.

Studia: G. H. Bernstein, De Charklensi N. T. translatione Syrorum commentatio, Berlin 1837, 2ª ed. 1854. - A. Hilgenfeld, The vers. Heraklea und die Apostelgeschichte, Ztsch. f. wissenschaftliche Theol. 43 (1900) 401-22. - P. Corssen, ZNTW 2 (1901) 1-12. - L. Delaporte, Rev. Bibl. Intern. 9 (1912) 391-402. - H. Gressmann, ZNTW 5 (1904) 248-52. - J. Lebon, RHE 12 (1911) 424-7. - O. Klein, Syr.-griech. Wörterbuch zu den vier kanon. Evangelien ... Giessen, 1916. - Baumstark 188-9. - G. Zuntz, The Ancestry of the Harklean N. Test., The Br. Accademy, Supplem. Papers N° VIII, 1945 - P. Kahle, The Chester Beatty Manuscript of the Harklean Gospels, Misc. G. Mercati VI (1946) 208-33 - G. Zuntz, Études harkléennes, Rev. Bibl. 57 (1950) 550-82 - A. Vööbus, Studies in the History of the Gospel Text in syriac, CSCHO Subsid. 3, Louvain-Héverlé 1951- Idem, Early Versions of the N. Testament, Stockholm 1954. - S. Grill, Das Neue Testament nach dem syr. Text, Klosterneuburg-München 1955.

§ 119. Paulus ep. Edessae.

Ordinatus est circa an. 602; sed irruentibus an. 619 persis, P. fugit in Cyprum ubi versionibus deditus totam vitam mansit.

Vertit vero antiphonarium quod e monasterio Thomae in Qennešrin secum tulerat quodque pentasyllabis antiphonis cons-

tabat quas Severus antiochenus composuerat. Antiphonarium pro cantu compositum traductum est a P. in syriacum non mutata mensura metrica. Hoc antiphonarium deinde a Jacobo Edessae recensitum est, ordinatum secundum octo modos musicales; ideo « octoechos » est appellatum. Non est cur dubitetur P. E. perfecisse etiam versionem in duobus voluminibus sermonum Gregorii Nazianzeni, inter quos erant epist. duae ad Cledonium.

Ed. Antiphonarii: E. W. Brooks PO 6, 1-179 [cum *vers. angl.*].
Ed. sermonis Nazianzeni de Maccabaeis: R. L. Bensly - W. E. Barnes, The fourth Book of Maccabees, Cambridge 1895, pp. 55-74, *vers. angl.* XXVII-XXXIV. Ceteri sermones sunt inediti in ms. *Brit. Mus.* Add. 14548, an. 790 etc.
Studia: A. Baumstark, Festbrevier und Kirchenjahr der syr. Jakobiten, Paderborn 1908. - Idem, Wissenschaftliche Beilage zur Germania 1912, pp. 129-34; Idem, Das frühchristl. Kommunionlied des antiochenischen Patriarchats, Gottesminne 7, 2-20. - F. J. Dölger, Konstantin d. Gr. und seine Zeit, Freiburg 1913, pp. 248-54. - Th. Hermann, Patriarch P. v. A. und das alexandrinische Schisma vom J. 575, ZNTW 27 (1928) 263-304. - E. W. Brooks, The patriarch P. of A. and the alexandrine Schism of 575, BZ 30 (1929-30) 468-76.

§ 120. Anonyma Catena Biblica.

Paulo ante medium saec. VII compilata est ab ignoto jacobita catena commentariorum in V.T. in Evangelia et in epist. Pauli. Inter auctores citatos praestant Chrysostomus, Cappadoces, Cyrillus alexandrinus, Severus antiochenus, Ephraem et Isaac « Antiochenus ». Catena iacet inedita in ms. *Brit. Mus.* Add. 12168 saec. VIII-IX.

§ 121. Poema De Alexandro M.

In ms. saec. IX *Brit. Mus.* Add. 14624 et in aliis iacet P. A. non a Jacobo Sarugensi sed ab ignoto in prima medietate saec. VII syriace compositum.

Ed.: G. Knös, Chrestom. syr. maximam partem e codd. manu scriptis collecta, Göttingen 1807, pp. 66-107. - E. A. Wallis Budge, Ztschr. f. Assyr. 6 (1891) 357-404. - *vers. germ.*: A. Weber, D. Mor Yakub Gedicht über den gläubigen König Aleksandrus etc., Berlin 1852.
Studia: C. Hunnius, Das syrische Alexanderlied, Göttingen 1904. - Baumstark 191.

§ 122. Ioannes (Joḥannan) I, Patriarcha.

Fuit monachus in conventu Eusebona et an. 630-1 ad sedem antiochenam evectus. Mortuus est 14-XII-648.

Restat eius epistula ad Marutham Tagritensem (citata a Michaele I, Chron. ed. J. B. Chabot 423-4, *vers. gall.* II, 433-5). Ineditae conservantur duae « plerophoriae » seu catenae dogmaticae, quarum altera ad omnem jacobiticam Ecclesiam, altera vero ad diaconum et chorepiscopum Theodorum missae sunt (mss. *Brit. Mus.* Add. 14629, fol. 1-24 saec. VIII-IX; Add. 12155 e saec. VIII). Etiam sermo de consecratione chrismatis, qui « Patriarchae I. Antiochiae » adscribitur, videtur ad nostrum I. pertinere (ms. *Brit. Mus.* Add. 12165 saec. XI). Nestoriana traditio dicit formulam benedictionis aquae in festo Epiphaniae I. habere auctorem. Praeterea I. inter syros et maronitas tanquam auctor plurium precum in forma litaniarum habetur quibus data est appellatio « sedrē ». Plures sunt adhuc ineditae, neque semper facile erit uti penitus fidelem habere attributionem quae in libris liturgicis inde a saec. VIII datur. Cfr. antiquissimum *Brit. Mus.* 17210 fol. 44-46, saec. VIII-IX aliosque posteriores. Quidam ordo Missae cum anaphora I. forsan iure tribuitur.

Ed. benedictionis aquae: J. Marquess of Bute, The Blessing of the Waters on the Eve of the Epiphany, London 1901, pp. 65-78. - anaph.: H. Fuchs, Die Anaph. des monophys. Patr. J. I. Münster 1926.
Studia: A. Baumstark, Die Messe im Morgenland, Kempten-München 1906, pp. 11-2, 84. - Idem, Festbrevier und Kirchenjahr der syr. Jakobiten, pp. 85-91. - Baumstark 243-5. - H. Fuchs, Die Anaphora des monophysitischen Patriarchen J. I.... im Zusammenhang der gesamten jakobitischen Anaphorenliteratur, Münster 1926.

§ 123. Marutha Tagritensis.

De M. scripsit biographiam eius successor Denḥa (+ 660) *ed.* a F. Nau PO 3,61-96 cum *vers. gall.*

Natus in persico loco Šurzaq non longe a Balad, iuvenis M. studuit in monasterio Samuelis et in aliis scholis Persiae quae tamen monophysismo adhaerebant. Venit deinde in Imperium byzantinum et decem annos commoratus est in conventu Mar Zakhe prope Callinicum et tres in Beth Regum. Cum autem an.

605 in Persiam rediret venit in monasterium Mar Mattai ubi theologiam docuit. Sed an. 628-9 Patriarcha antiochenus Athanasius I constituit M. « maphrianum » in sede Tagrit cui suberant 12 suffraganei episcopi. M. T. mortuus est 2-V-649.

M. scripsit ad Patriarcham Ioannem I relationem de nestorianizatione Ecclesiae persicae a Bar Ṣauma operata (citatam a Michaele I, Chron. ed. F. NAY pp. 424-9; *vers. gall.* II, 435-40). Videtur etiam M. T. adscribendam esse homiliam in benedictionem aquae in festo Epiphaniae et unum « sedra » (ined. *Brit. Mus.* Add. 17128 saec. X-XI). Nulla certitudo viget de genuinitate anaphorae M. T. tributae.

Ed. fragmenti homiliae: G. MÖSINGER, Monum. syr. II, Innsbruck 1878, p. 32; tota exstat in *Brit. Mus.* Add. 17267 saec. XIII.
Vers. lat. anaphorae: E. RENAUDOT, 2, 260-8.
Studia: M. KMOSKO, OC 3 (1903) 386-8. - F. NAU PO 9, 52-9. - BAUMSTARK 245. - I. Afram I, MBS 2 (1933) 111-8.

§ 124. Severus Sebokt.

Non confundendus cum S. Nisibis, mortuus est an. 666-7 et fuit episcopus Qennešrin, id est sive Beroeae prope Aleppo sive conventus homonymi qui ad sinistram ripam Euphratis surgebat. Ibi, ut fama est, S. S. profanam scientiam graecam magna celebritate docuit. Huius scientiae multa reliquit documenta. Vertit e lingua persica commentarium cuiusdam Pauli in Aristotelis « de interpretatione » (ineditum in ms. *N. D. Semences* 50. appendix 1a) necnon eiusdem compendium logicae Chosroe I dicatum. Ipse praeterea explanavit aliquas pericopes « de interpretatione » pro Aitallaha Ninivita (ined. *Brit. Mus.* Add. 17156, fol. 1-12 saec. IX), aliquas normas ex Organo aristotelico in epistula ad Periodeuten Jonam (ined. ibid. 3o) et tractatum de syllogismis « Analyticorum priorum » (ined. ibid.) an. 638. Maxime vero S. S. eminet in scientia astronomica, cuius praestantia apud syros prae ipsis graecis ipse defendit (ined. ms. *Paris.* 346, saec. XIV), S. scripsit de eclypsi lunae (ined. ibid.) de figuris phasium lunae (ined. ibid.), de astrolabio et quandam cosmographiam constantem 18 capitibus quam an. 661 sub titulo « Sermonis de constellationibus » composuit; quibus deinde adiecit nova capita presbytero Cypri Basilio respondens. Probabilissime S. auctor fuit ver-

sionis anonymae operis Ptolemaei « Syntaxis mathematica quattuor libris » (ined. eodem. ms.).

Ed. compendium logicae: J. P. N. LAND, Anecdota syr. 4, 1-32.
Ed. de astrolabio: F. NAU, Le traité de S.S. sur l'astrolabe plan, Paris 1899.
Ed. de constellationibus: F. NAU, ROC 27 (1929-30) 327-410; 28 (1931-32) 85-100 [cum *vers. gall.*].
Studia: F. NAU ROC 15 (1910) 248-52, 233-9. - BAUMSTARK 246-7

§ 125. Severus ep. Nisibis.

Non confundendus cum S. Sebokt floruit probabilius saec. VII aut initio VIII et scripsit commentarium sermonum Gregorii Nazianzeni (ined. *Brit. Mus.* Add. 14547 append. 1a saec. IX) quod ad abbatem presbyterum Sergium e Sinğar misit.

Studia: BAUMSTARK 247.

§ 126. Simeon e Qennešrin.

Presbyter, qui a Michaele I dicitur scripsisse « contra Maximum » Confessorem, S. valde probabiliter est auctor illarum « Quaestionum contra Maximianistas » a monotheleta exaratarum quae ineditae iacent (in ms. *Brit. Mus.* 7192 Rich., saec. X) et quae saec. VII compositae videntur.

Studia: BAUMSTARK 247.

605 in Persiam rediret venit in monasterium Mar Mattai ubi theologiam docuit. Sed an. 628-9 Patriarcha antiochenus Athanasius I constituit M. « maphrianum » in sede Tagrit cui suberant 12 suffraganei episcopi. M. T. mortuus est 2-V-649.

M. scripsit ad Patriarcham Ioannem I relationem de nestorianizatione Ecclesiae persicae a Bar Ṣauma operata (citatam a Michaele I, Chron. ed. F. Nay pp. 424-9 ; *vers. gall.* II, 435-40). Videtur etiam M. T. adscribendam esse homiliam in benedictionem aquae in festo Epiphaniae et unum « sedra » (ined. *Brit. Mus.* Add. 17128 saec. X-XI). Nulla certitudo viget de genuinitate anaphorae M. T. tributae.

Ed. fragmenti homiliae : G. Mösinger, Monum. syr. II, Innsbruck 1878, p. 32 ; tota exstat in *Brit. Mus.* Add. 17267 saec. XIII.
Vers. lat. anaphorae : E. Renaudot, 2, 260-8.
Studia : M. Kmosko, OC 3 (1903) 386-8. - F. Nau PO 9, 52-9. - Baumstark 245. - I. Afram I, MBS 2 (1933) 111-8.

§ 124. Severus Sebokt.

Non confundendus cum S. Nisibis, mortuus est an. 666-7 et fuit episcopus Qenneširn, id est sive Beroeae prope Aleppo sive conventus homonymi qui ad sinistram ripam Euphratis surgebat. Ibi, ut fama est, S. S. profanam scientiam graecam magna celebritate docuit. Huius scientiae multa reliquit documenta. Vertit e lingua persica commentarium cuiusdam Pauli in Aristotelis « de interpretatione » (ineditum in ms. *N. D. Semences* 50. appendix 1ª) necnon eiusdem compendium logicae Chosroe I dicatum. Ipse praeterea explanavit aliquas pericopes « de interpretatione » pro Aitallaha Ninivita (ined. *Brit. Mus.* Add. 17156, fol. 1-12 saec. IX), aliquas normas ex Organo aristotelico in epistula ad Periodeuten Jonam (ined. ibid. 3º) et tractatum de syllogismis « Analyticorum priorum » (ined. ibid.) an. 638. Maxime vero S. S. eminet in scientia astronomica, cuius praestantia apud syros prae ipsis graecis ipse defendit (ined. ms. *Paris.* 346, saec. XIV), S. scripsit de eclypsi lunae (ined. ibid.) de figuris phasium lunae (ined. ibid.), de astrolabio et quandam cosmographiam constantem 18 capitibus quam an. 661 sub titulo « Sermonis de constellationibus » composuit ; quibus deinde adiecit nova capita presbytero Cypri Basilio respondens. Probabilissime S. auctor fuit versionis anonymae operis Ptolemaei « Syntaxis mathematica quattuor libris » (ined. eodem. ms.).

Ed. compendium logicae : J. P. N. Land, Anecdota syr. 4, 1-32.
Ed. de astrolabio : F. Nau, Le traité de S.S. sur l'astrolabe plan, Paris 1899.
Ed. de constellationibus : F. Nau, ROC 27 (1929-30) 327-410 ; 28 (1931-32) 85-100 [cum *vers. gall.*].
Studia : F. Nau ROC 15 (1910) 248-52, 233-9. - Baumstark 246-7

§ 125. Severus ep. Nisibis.

Non confundendus cum S. Sebokt floruit probabilius saec. VII aut initio VIII et scripsit commentarium sermonum Gregorii Nazianzeni (ined. *Brit. Mus.* Add. 14547 append. 1ª saec. IX) quod ad abbatem presbyterum Sergium e Sinǧar misit.

Studia : Baumstark 247.

§ 126. Simeon e Qenneširn.

Presbyter, qui a Michaele I dicitur scripsisse « contra Maximum » Confessorem, S. valde probabiliter est auctor illarum « Quaestionum contra Maximianistas » a monotheleta exaratarum quae ineditae iacent (in ms. *Brit. Mus.* 7192 Rich., saec. X) et quae saec. VII compositae videntur.

Studia : Baumstark 247.

Caput III

THEOLOGI MONOPHYSITAE A MEDIO SAEC. VII AD MEDIUM VIII

Aperitur haec periodus praeclara figura Jacobi Edessae, quo mediante theologia monophysitica ad culmen evehitur. Tum Jacobus tum Georgius episcopus Arabum studia philosophica diligenter coluerunt. Arabes invasores his scriptis adhibitis, philosophiam graecam didicerunt eamque deinde in Occidente docuerunt.

§ 127. Jacobus Edessae.

Eminet inter syros jacobitas sua ampla eruditione sacra et profana, cognitione linguarum graecae et hebraicae, ingenio versatili et animo ad studia applicato. Propter sua studia in revisione Bibliae comparatus est Hieronymo cui etiam animo vehementi similis est. J. suis investigationibus et versionibus litteras syriacas culturae graecae patefecit.

Natus in 'Endeba in regione Gumah non longe ab Antiochia circa an. 633, studuit primo in loco patrio apud periodeuten Cyriacum et deinde in monasterio a Ioanne Bar Aphtonaj in Qennešrin fundato ubi graeca lingua et studiis biblicis, forsan sub Severo Sebokt vacavit. Venit Alexandriam in cuius schola aristotelismus a Ioanne Philopono diffusus florebat. Edessam regressus, J. an. 684 electus est eius episcopus a Patriarcha Athanasio I. Disciplinae austerus zelator difficultates e clero expertus est. Indignatus combussit codicem canonum coram domu patriarchali Antiochiae asserens superfluos et mortuos esse canones qui in praxin non reducebantur. Post 4 annos abdicavit regimen et confugit ad monasterium Mar Jacobi in Kaisum inter Germaniciam et Samosatam discipulis Daniele et Constantino sibi adscitis. Paulo post

venit apud monachos in Eusebona prope Antiochiam, ubi per 11 annos Scripturam iuxta graecitatem explanavit. Sed propter animadversionem monachorum perrexit in monasterium Tel'eda sub Djebel-Berakat in quo per 9 annos recognovit V. T. secundum graecum. Requisitus ab edessenis rediit in sedem quam per 4 menses rexit. Regressus est Tel 'eda ubi 3-VI-708 obiit.

Studia generalia : BAUMSTARK 248-56 - F. NAU DB III, 1099-1102. - E. TISSERANT DThC VIII, 286-91.

Scripta

A) *Epistulae*

Epistularium J. E. sagax eius ingenium et vastam eruditionem monstrat : maximam partem iacet ineditum.

Ms. *Brit. Mus.* Add. 12172 saec. IX continet seriem 17 epistularum ad presbyterum Ioannem Esṭonaja missarum in quibus de re biblica, de festo Crucis 17 septembris et de ceteris sermo fit.

Ed. 2 epist. quod duo hymni abiudicandi sint Ephraemo et Jacobo Sarugensi : R. SCHRÖTER, ZDMG 24 (1870) 261-300 [cum *vers. germ.*]. - 2 epist. de hymnis Ephraemi contra Haereses et de rebus biblicis: W. WRIGHT, Journ. Sacr. Lit. 4, 10 pp. 430-61 [*vers. gall.* F. NAU, ROC 10 (1905) 197-208, 258-82. - epist. de progenie Matris Dei : F. NAU, ROC 5 (1900) 583-96 ; 6 (1901) 512-31 [cum *vers. gall.*]. Excerpta e pluribus epist. in *vers. gall.* : F. NAU, ROC 6 (1901) 115-31.

Idem ms. continet aliam seriem ad Eustathium Darae nondum editam.

De orthographia tractat epist. ad Georgium ep. Sarugensem (*ed.* : G. PHILLIPS, A letter of Mar J. Bish. of E. on syr. Orthogr. London 1869, [cum *vers. angl.*] - P. MARTIN, J. E. epist. ad Georgium Sarug... Paris 1869).

Indolis iuridicae sunt epist. ad presbyterum Addai (*ed.* P. de LAGARDE, Rel. iuris ecclesiast. ant. syr. Lipsiae 1856, 117-34 - Th. LAMY, Dissert. de syrorum fide et disciplina in re eucharistica, Lovanii 1859, pp. 98-171 [cum *vers. lat.*]) epist. ad I. Esṭonaja inedita (ms. *Brit. Mus.* Add. 14493 saec. X) et alia scripta seu canones (*ed.* W. WRIGHT, Notulae syr. II, London 1887, 11-2 - C. KAYSER, Die Canones J. v. E. übers. und erläutert... Leipzig 1886 [*vers. germ.*, dum *vers. gall.* data est a F. NAU, Ancienne littérature canon. syr. II, Paris 1906, 38-75]).

Indolis dogmaticae sunt epist. ad Constantinum de quaestione utrum corpus Christi sit creatum et utrum quid creatum adoretur in Trinitate (ms. *Ox.* 142 [Marsh 101] 5°) epist. ad diaconum Barḥadbešabba contra fautores concilii Chalcedonis (ms. *Brit. Mus.* Add. 14631, fol. 14v-16 saec. X) epist. ad sculptorem Thomam contra obiectiones nestorianorum (*Brit. Mus.* Add. 12172 saec. IX) epist. ad anonymum cum florilegio « de oeconomia Dei Verbi » (ms. *Ox.* 142, 1°) epist. contra chalcedonianos in Ḥarran (in ms. forsan deperdito *Séert.* 69).

Indolis liturgicae sunt epist. ad presbyterum Thomam de liturgia eucharistica (*ed.* I. RAHMANI, I fasti della Chiesa patr. antiochena, Roma 1920, pp. xxi-xxv [cum *vers. ital.*]. Explanatur etiam apud Bar Salibi, *ed.* : ASSEMANI, BO, 1, 479-86) epist. ad Addai et I. Esṭonaja de benedictione aquae in festo Epiphaniae (ms. *Brit. Mus.* Add. 14715 fol. 153-216, XIII saec.). E contra scriptum ad Georgium Stylitam (ineditum ms. *Berl.* 188) non provenit immediate a J. E. Epist. ad presbyterum Abraham (ms. *Brit. Mus.* Add. 12172) agit de vino et de vite, dum epist. ad Simeonem Stylitam (*Brit. Mus.* Add. 17168, fol. 154-84 saec. IX) tractat quaestiones asceticas.

B) *Studia de S. Scriptura*

J. E. plura « scholia » in V. T. composuit, quae numero 2860 in catena monachi Severi saec. IX conservata sunt (ms. *Vat.* 103). Aliqua *edita* sunt sub nomine Ephraemi, Op. syr. 1,116-93, 273-4. Maxima pars *ed.* est a G. PHILLIPS, Scholia on passages of the Old Test. by Mar J. bishof of E. .... London 1864 [cum vers. angl.]). Aliqua ex his scholiis constant etiam per directam traditionem manuscriptam (cfr. *Brit. Mus.* Add. 144483 saec. IX etc.).

Collatis pešitta, graeco hexaplari et targum samaritano, J. recognovit et purgavit V. T., quod opus sub fine vitae per 9 annos perfecit. Hic textus J. E. habetur in mss. *Brit. Mus.* Add. 14429 an. 719, *Paris.* syr. 26 an. 704-5 et 27 an. 919-20, et *Vat.* syr. 5 : Paris 26 continet Pent. ; Brit. Mus. Sam. - initia 1 Reg. ; Paris 27, Daniel ; Vat. 5 Ezech. Probabilius hi codices sunt partes unius primitivi voluminis.

Ed. fragm. Danielis : F. BUGATI, Mediolani 1788. - ms. Brit. Mus. : A. CERIANI, Monum. sacr. et prof. 5, 1, Mediolani 1868 ; Idem, ibid. 2, 1, Mediolani 1863.

J. E. composuit « Hexaemeron » seu explanationem creationis in qua suam scientiam de rebus naturalibus copiose et erudite adhibet.

Ed. : I. B. CHABOT - A. VASCHALDE, CSCHO, Lovanii 1928. - *vers. lat.* ibid. 1932.

C) *Studia de liturgia*

Maxima cura J. E. recognovit collectionem canticorum quam Paulus Edessae compilaverat et quae uti fundamentum textum graecum severianum habebant.

Ed. : E. W. BROOKS, PO VI, 1-179 ; 7, 593-802 [cum vers. angl.].

Praeterea tribuuntur J. E. nova recensio « anaphorae Jacobi » et ritus benedictionis aquae in festo Epiphaniae, quod ut probatum recipi potest (in mss. *Brit. Mus.* Add. 14493 saec. X et Add. 14496 saec. X). Cum vero posteriores codices liturgici ei adiudicant formulas ritus baptismi et matrimonii, immo et Breviarium feriale, non merentur omnimodam fidem. Idem dicendum de Anaphora J. E. ut auctori adscripta (*vers. lat.* : E. RENAUDOT, 2, 371-9.

D) *Chronica* (vid. § 146, VII)

E) *Studia de re sacra et profana*

J. scripsit contra despectores canonum (citatum partim in ms. *Brit. Mus.* Add. 12154 saec. VIII-IX) : tribus tractatibus dubiae genuinitatis reprehenduntur armeni de azymis et de sacrificiis animalium (ms. *Med.* Or. 62, X°). Vix credibilis authentia symboli fidei in ms. saec. VII (*Brit. Mus.* Or. 2307).

Conservantur fragmenta grammaticae J. sub titulo « Correctio linguae » ubi de vocalizatione per characteres graecos sermo est, dum in alio tractatu agit de vocalizatione per puncta diacritica.

Ed. prioris : W. WRIGHT, Catalogue of the syr mss. in the Brit. Mus... London 1870-72, 1169-73 - posterioris : G. PHILLIPS, A letter of Mar J. bish. of E. on syr. Orthography, London, pp. 14-24. - *vers. angl.* 13-33.

« Enchiridion » a J. E. compositum agit de notionibus essentiae, hypostasis, naturae, speciei et personae.

Ed : G. FURLANI, Rend. Acc. Naz. Linc. s. 6, vol. 4 (1928) 222-49. - *vers. ital.* : Idem, Studi e Materiali di Stor. delle Rel. I (1925) 262-82.

Tandem scimus J. E. disseruisse de re liturgica in tractatu, qui forsan « Liber thesaurorum » appellatus est, et in alio scripto egisse de creatione omnium a Deo. Sed haec sine ullo certo vestigio evanuerunt.

F) *Carmina*

Ms. *Brit. Mus.* Add. 12172 saec. IX continet duas epistulas versibus hendecasyllabis et pentasyllabis quarum prima scripta est ad Qurisona. Ms. *Vat. Syr.* 95 saec. XIII includit diversas poeses quae adscribuntur J. « magistro », sine dubio Edesseno. Agunt de terminologia philosophica, de scientia profana et semel etiam contra Nestorianos.

Ed.: M. UGOLINI, J. E. de fide adv. Nestorium carmen... Al S. Pont. Leone XIII, Omaggio Giubilare della Bibl. Vat., Roma 1888 ([cum *vers. lat.*]. Cetera carmina sunt inedita.

G) *Versiones*

Certum est J. E. an. 700-1 traduxisse in syriacum « homilias cathedrales Severi Antiocheni ».

Ed.: M. BRIERE, PO 12, 70-76. - M. A. KUGENER - E. TRIFFAUX, PO 16, 77- . - I. GUIDI, PO 22, 99-103. - M. BRIERE, PO 22, 78-83; 23, 84-90; 25, 91-98, 104, 112; 26, 113-19 [cum *vers.*].

Non adeo certum videtur J. auctorem fuisse versionum « Categoriarum » Aristotelis et visionis anachoretae Zosimi, nec constat eum sermones Nazianzeni vertisse. Viceversa traduxit e graeco collectionem canonum concilii Carthaginensis an. 256 de rebaptizandis haereticis et apocryphon « Testamentum Dom. N. Iesu Christi ».

Ed. conc.: P. de LAGARDE, Rel. iuris ecclesiast. antiquiss. syr. pp. 62-98. Cfr. H. von SODEN, Nachr. d. Ges. Wiss. Göttingen. 1909, 247-307. - Testa-menti I. E. RAHMANI, Moguntiae 1899 [cum *vers. lat.*]. - *vers. angl.*: J. COOPER - A. MACLEAN, The Test. of our Lord... London 1902.

Omnia suadent J. E. vertisse etiam « Paradosin » Hippolyti, Constitutiones Apostolorum et Canones Apostolorum.

Ed.: E. SCHWARTZ, Übers. der pseudoapostol. Kirchenordnung, Strassburg 1910. - fragm. Canonum: P. de LAGARDE, op. cit. 2-12, 44-61. - A. BAUMSTARK, Mitteil. des 2. intern. Congr. f. Christl. Archäol. in Rom, Romae 1900, pp. 15-31. - *Vers. gall.* completa: F. NAU: Ancienne litt. canonique syriaque, fasc. 4, Paris 1913.

DOCTRINA

Pauca sunt opera dogmatica J. E. et maximam partem inedita. Constat tamen vel ipsis titulis eum contra Chalcedonense concilium et contra nestorianos decertasse. Quod aperte manifestat eius monophysiticam confessionem. Neque obstant difficultates quas cum patriarcha antiocheno Juliano habuit, quae potius e rationibus disciplinaribus originem repetebant. Attamen verum est fere omnia opera J. E., sive liturgica, sive biblica, sive profana in commune bonum etiam orthodoxorum inservisse. Haec est forsan ratio cur J. E. etiam a melkitis, a maronitis et a nestorianis ut proprius doctor saepe adhibitus sit. Cum E. Renaudot II, 380 J. E. inter monophysitas poneret, J. S. Assemani in sua BO 1, 470-75 conquestus est et solum II, 356 recognovit J. E. mortuum esse in confessione monophysitica.

Studia specialia: S. SCHÜLER, Die Übersetzung der Categorien des Aristoteles von J. v. E... Berlin 1897. - A. BAUMSTARK, Überlieferung und Bezeugung der diatheke tou Kyriou hemon Jesou Christou, Röm. Quartalschr. 14 (1900) 1-45. - F. X. FUNK, D. Testament uns. Herrn und die verwandten Schriften, Mainz 1901. - E. AMANN, DThC 15, 194-200. - A. BAUMSTARK, Festbrevier und Kirchenjahr der syr. Jakobiten, 45-7. - J. MARQUESS OF BUTE, The Blessing of the Waters on the Eve of the Epiphany, London 1901, pp. 79-100. - P. PEETERS AB 27 (1908) 129-200. - A. BAUMSTARK, Theol. Rev. 14 (1915) 356-7. - A. MERX, Historia artis grammaticae apud syros 74-84. - A. HJELT, Études sur l'Hexaeméron de J. d'É... Helsingfors 1892. - Idem, Pflanzennamen aus d. Hexaem. J. v. E., Orient. Studien Th. Nöldeke gewidmet 571-9. - G. FURLANI, Di alcuni passi della metafisica di Aristotele presso Giac. di Ed., Rend. Acc. Naz. Linc. s. V. vol. 30 (1921) 268-73. - W. D. MCHARDY, The Text of Acts in J. of E.'s Citations and in the Cambridge Add. Ms. 1700, JTS 50 (1949) 186-7.

§ 128. Athanasius II e Balad, Patriarcha.

Studuit sub Severo Sebokt in monasterio Qennešrin. Ordinatus patriarcha antiochenus per electionem synodi Reš'ainae an. 683-4, mortuus est 11-IX-686. Vertit « Introductionem » Porphyrii (ined. *Vat. Syr.* 158 saec. IX-X) et exaravit prologum in logicam aristotelicam. Recognovit praeterea versionem homiliarum Nazianzeni a Paulo Edessae factam (forsan exinde explicantur postillae ms. *Brit. Mus.* Add. 12153), decretum dedit contra com-

municationem in sacris cum saracenis et nobis conservatum « sedra » composuit (ined. *Brit. Mus.* Add. 14494 saec. IX-X).

Ed. decreti : F. NAU ROC 14 (1909) 128-30 [cum *vers. gall.*] - Introductionis ad logicam : G. FURLANI, Una introduzione alla logica aristotelica di A. di B., Rend. Acc. Naz. dei Linc. s. V, vol. 25 (1916) 717-78.
Studia : BAUMSTARK 256-7. - G. FURLANI, Sull'introduzione di A. di B. alla logica e sillogistica aristotelica, Atti Ist. Ven. Sc. 81 (1922) 635-43.

§ 129. Georgius ep. Arabum.

Dictus etiam « G. gentium » electus est ep. arabum in limite inter Syriam et Mesopotamiam an. 686 et mortuus est an. 724. Optime versatus in studiis philosophicis, G. non solum perfecit ultimum sermonem Jacobi Edesseni de Hexaemeron sed etiam « Organon », « de Interpretatione », « Categoriae » et « Analytica » Aristotelis iterum vertit et explanavit.

Ed. sermonis J. Ed. cfr. § 118. - *vers. germ.* : V. RYSSEL, G. des Araberbischofs Gedichte und Briefe übs. Leipzig 1891, pp. XV-XLV. - Categoriarum et de interpr. : G. FURLANI, Le categorie e gli ermeneutici di Aristotele nella vers. siriaca di G. delle Nazioni, Mem. Acc. Naz. Linc., Class. Sc. Mor., sez. 6, vol. 5 (1933) pp. 1-68. - Organi : G. FURLANI, La vers. e il commento di G. vescovo delle Nazioni all'Org. Aristotelico, Stud. Ital-Filol. Classica 3 (1925) pp. 305-333. - Analytica : G. FURLANI, Il proemio di G. delle Naz. al primo libro dei « Primi Analitici » di Aristotele, RSO 18 (1939) 116-30 ; Idem, il primo libro dei « Primi Analitici » di Arist. nella vers. di G. delle Naz., Mem. Acc. Naz. Linc., Class. Sc. Mor. sez. , vol. 5 (1935) 143-230 ; Idem, Il secondo libro... ibid. sez. 6, vol. 6 (1937) 233-87.

Aliquas epistulas G. conservamus inter quas mentione digniores ad Jacobum (ms. *Brit. Mus.* Add. 14725, fol. 100-115) de sermonibus Nanzianzeni et epist. ad reclusum Išoʿ pagi Anab.

Ed. : P. de LAGARDE, Anecd. syr. 108-34. - *vers. angl.* non completa : B. H. COWPER, Syr. Miscellanies 61-63. - *vers. germ.* non completa : V. RYSSEL, Ein Brief G. B. s der Araber an den Pr. Jesus... Gotha 1883.
Vers. germ. omnium epistul. : V. RYSSEL, G. des Araberbischofs Gedichte und Briefe übs., Leipzig 1891, pp. 44-129.

Carmen de consecratione chrismatis, etiam Jacobo Sarugensi adscriptum, probabilius G. habet auctorem ; exstat vero duplex forma.

Ed. V. RYSSEL, Rend. Acc. Linc. 4,9, 1893, pp. 1-33 - *vers. germ.* Idem, G. Araberbischofs etc. pp. 9-10, 14-36.

Dubiae genuinitatis est carmen de vita eremitica (*ed.* V. RYSSEL, Rend. Acc. Linc. 4,9 (1893) 34-36 - *vers. germ.* : Idem, G. s. d. Araberb. Gedichte u. Briefe pp. 34-46) et vix credibilis authentiae carmen de calendario (ineditum mss. saec. XVI), tractatus de umbra solari et tabula de augmento quotidiano phasium lunarium. Videtur e contra G. auctorem fuisse « Explicationis mysteriorum Ecclesiae », libri qui de liturgia Missae et baptismi ante saec. VIII apud jacobitas agit.

Ed. : R. H. CONNOLLY - H. G. CODRINGTON, Two Commentaries of the jacobite Liturgie by G. bishop of the A. and Moses bar Kepha, London 1911, pp. 3-15 [*vers. angl.* pp. 11-23]. - *vers. germ.* : V. RYSSEL, G. d. Araberb, Gedichte etc. pp. 36-43.
Studia : J. G. HOFFMANN, De Hermeneuticis apud syros Aristotelis, 148-51. - BAUMSTARK 257-8. - G. FURLANI, Sul commento di G. delle Nazioni al secondo libro degli « Analitici anteriori » di Aristotele, RSO 20 (1942) 47-64, 229-38.

§ 130. Ioannes e Litarba.

Fuit amicus Jacobi Edessae et Georgii Arabis et ut stylita vixit apud Aleppo in Litarba. Conservatur unica eius epist. (ined. *Brit. Mus.* Add. 12154 saec. VIII-IX) ad presbyterum Danielem in qua Gn. 49,10 explanat. Scimus eum scripsisse etiam Chronicam usque ad an. 726-7, nobis amissam, et probabiliorem auctorem fuisse grammaticae aliis etiam scriptoribus (Ioanni bar Masojah + 857 et auctori antecedenti ipsum I.) adiudicatae.

Studia : R. SCHRÖTER, ZDMG 24 (1870) 262-6. - A. MOBERG, Die syr. Grammatik des I. Esṭônâjâ, Le Monde Oriental 3 (1909) 24-33. - BAUMSTARK 258-9.

§ 131. Jonas ep. Tellae.

Ad eum, adhuc periodeuten, scripsit epistulam Severus Sebokt. J. iam episcopus scripsit ad periodeuten Theodorum de monogamia (ined. *Cambridge* Add. 2023 saec. XIII).

Studia : BAUMSTARK 259

§ 132. Januarius Candidatos.

Hic, qui erat ex Amida et coaevus Severi Sebokt, novam fecit versionem poematum Nazianzeni in 17 capitibus divisorum,

municationem in sacris cum saracenis et nobis conservatum « sedra » composuit (ined. *Brit. Mus.* Add. 14494 saec. IX-X).

Ed. decreti : F. NAU ROC 14 (1909) 128-30 [cum *vers. gall.*] - Introductionis ad logicam : G. FURLANI, Una introduzione alla logica aristotelica di A. di B., Rend. Acc. Naz. dei Linc. s. V, vol. 25 (1916) 717-78.
Studia : BAUMSTARK 256-7. - G. FURLANI, Sull'introduzione di A. di B. alla logica e sillogistica aristotelica, Atti Ist. Ven. Sc. 81 (1922) 635-43.

§ 129. Georgius ep. Arabum.

Dictus etiam « G. gentium » electus est ep. arabum in limite inter Syriam et Mesopotamiam an. 686 et mortuus est an. 724. Optime versatus in studiis philosophicis, G. non solum perfecit ultimum sermonem Jacobi Edesseni de Hexaemeron sed etiam « Organon », « de Interpretatione », « Categoriae » et « Analytica » Aristotelis iterum vertit et explanavit.

Ed. sermonis J. Ed. cfr. § 118. - *vers. germ.* : V. RYSSEL, G. des Araberbischofs Gedichte und Briefe übs. Leipzig 1891, pp. XV-XLV. - Categoriarum et de interpr. : G. FURLANI, Le categorie e gli ermeneutici di Aristotele nella vers. siriaca di G. delle Nazioni, Mem. Acc. Naz. Linc., Class. Sc. Mor., sez. 6, vol. 5 (1933) pp. 1-68. - Organi : G. FURLANI, La vers. e il commento di G. vescovo delle Nazioni all'Org. Aristotelico, Stud. Ital-Filol. Classica 3 (1925) pp. 305-333. - Analytica : G. FURLANI, Il proemio di G. delle Naz. al primo libro dei « Primi Analitici » di Aristotele, RSO 18 (1939) 116-30 ; Idem, il primo libro dei « Primi Analitici » di Arist. nella vers. di G. delle Naz., Mem. Acc. Naz. Linc., Class. Sc. Mor. sez. , vol. 5 (1935) 143-230 ; Idem, Il secondo libro... ibid. sez. 6, vol. 6 (1937) 233-87.

Aliquas epistulas G. conservamus inter quas mentione digniores ad Jacobum (ms. *Brit. Mus.* Add. 14725, fol. 100-115) de sermonibus Nanzianzeni et epist. ad reclusum Išoʿ pagi Anab.

Ed. : P. de LAGARDE, Anecd. syr. 108-34. - *vers. angl.* non completa : B. H. COWPER, Syr. Miscellanies 61-63. - *vers. germ.* non completa : V. RYSSEL, Ein Brief G. B. s der Araber an den Pr. Jesus... Gotha 1883.
Vers. germ. omnium epistul. : V. RYSSEL, G. des Araberbischofs Gedichte und Briefe übs., Leipzig 1891, pp. 44-129.

Carmen de consecratione chrismatis, etiam Jacobo Sarugensi adscriptum, probabilius G. habet auctorem ; exstat vero duplex forma.

Ed. V. RYSSEL, Rend. Acc. Linc. 4,9, 1893, pp. 1-33 - *vers. germ.* Idem, G. Araberbischofs etc. pp. 9-10, 14-36.

Dubiae genuinitatis est carmen de vita eremitica (*ed.* V. RYSSEL, Rend. Acc. Linc. 4,9 (1893) 34-36 - *vers. germ.* : Idem, G. s. d. Araberb. Gedichte u. Briefe pp. 34-46) et vix credibilis authentiae carmen de calendario (ineditum mss. saec. XVI), tractatus de umbra solari et tabula de augmento quotidiano phasium lunarium. Videtur e contra G. auctorem fuisse « Explicationis mysteriorum Ecclesiae », libri qui de liturgia Missae et baptismi ante saec. VIII apud jacobitas agit.

Ed. : R. H. CONNOLLY - H. G. CODRINGTON, Two Commentaries of the jacobite Liturgie by G. bishop of the A. and Moses bar Kepha, London 1911, pp. 3-15 [*vers. angl.* pp. 11-23]. - *vers. germ.* : V. RYSSEL, G. d. Araberb, Gedichte etc. pp. 36-43.
Studia : J. G. HOFFMANN, De Hermeneuticis apud syros Aristotelis, 148-51. - BAUMSTARK 257-8. - G. FURLANI, Sul commento di G. delle Nazioni al secondo libro degli « Analitici anteriori » di Aristotele, RSO 20 (1942) 47-64, 229-38.

§ 130. Ioannes e Litarba.

Fuit amicus Jacobi Edessae et Georgii Arabis et ut stylita vixit apud Aleppo in Litarba. Conservatur unica eius epist. (ined. *Brit. Mus.* Add. 12154 saec. VIII-IX) ad presbyterum Danielem in qua Gn. 49,10 explanat. Scimus eum scripsisse etiam Chronicam usque ad an. 726-7, nobis amissam, et probabiliorem auctorem fuisse grammaticae aliis etiam scriptoribus (Ioanni bar Masojah + 857 et auctori antecedenti ipsum I.) adiudicatae.

Studia : R. SCHRÖTER, ZDMG 24 (1870) 262-6. - A. MOBERG, Die syr. Grammatik des I. Esṭônâjâ, Le Monde Oriental 3 (1909) 24-33. - BAUMSTARK 258-9.

§ 131. Jonas ep. Tellae.

Ad eum, adhuc periodeuten, scripsit epistulam Severus Sebokt. J. iam episcopus scripsit ad periodeuten Theodorum de monogamia (ined. *Cambridge* Add. 2023 saec. XIII).

Studia : BAUMSTARK 259

§ 132. Januarius Candidatos.

Hic, qui erat ex Amida et coaevus Severi Sebokt, novam fecit versionem poematum Nazianzeni in 17 capitibus divisorum,

cuius versionis servantur versus 1-82 poematum « de se ipso ».

Ed.: I. GUIDI, Actes X Congr. Orient. Section II, part. 3, pp. 73-82.
Studia: BAUMSTARK, 259.

§ 123. Athanasius Nisibenus.

Presbyter non confundendus cum homonymo patriarcha, vertit duos sermones Severi antiocheni de Incarnatione ad Nephalium, cuius versionis restat finis primi et integer secundus sermo (in ms. *Dijarb* 30 saec. XI-XII), et an. 668-9 sextum librum epistolarii eiusdem Severi.

Ed. W. E. BROOKS, The sixth Book of the select Letters of Severus... in the Version of A. of N., London 1902-4.
Studia: BAUMSTARK 259.

§ 134. Vocalizatio Jacobitica.

Fama est v. j. elaboratam esse praesertim in monasterio Qarqap. Inde erat monachus Ṭubana Santa circa finem saec. VII qui cum diacono 'Saba e Reš'aina maxime innovatores fuisse videntur. Huius Sabae exstant mss. tria ann. 723-4 et 726 *Brit. Mus.* Add. 14428, 14430, 19135.

Studia: N. WISEMAN, Horae syriacae, Romae 1828. - P. MARTIN, Introduction à la critique textuelle du Nouv. Test. Partie théorique 291. - L. WEINGARTEN, Die syr. Massora nach Bar Hebraeus, Halle 1888. - BAUMSTARK 259-60.

§ 135. Elias episcopus.

Nescitur quam sedem habuerit, neque identificandus videtur, cum destinatario operis S. Ioanni Damasceni PG 94, 1435-1502 complete apud F. DIEKAMP, Th. 2. 83 (1901) 555-95. Cum E. ex orthodoxia in jacobitismum decideret, amicus Leo syncellus ep. Ḥarran ab E. rationem talis apostasiae petivit. Ad quem E. respondit per scriptum apologeticum (ined. conservatur partim in *Vat. Syr.* 145, 1° partim in *Brit. Mus.* Add. 17197, fol. 26-46 saec. X-XI) quod non ante an. 743 et probabilissime ipso saec. VIII compositum est. Cum vero in eo E. notitiam operis Ioannis Damasceni « fontis scientiae » prodat, patet E. non posse identificare cum Elia I patriarcha jacobita qui an. 723, iam 82 annos natus, est mortuus, cuius restat solum decretum ad fideles in Ruḥin datum (ined. *Brit. Mus.* Add. 14615 saec. X-XI).

Studia: BAUMSTARK 269. - A. van ROEY, La lettre apologétique d'É. à Leon, syncelle de l'éveque chalcédonien de Ḥarran, Mus. 57 (1944) 1-52.

§ 136. Ioannes (Iwannis) II, patriarcha.

Fuit metropolita in Ḥarran et an. 727-8 ordinatus est patriarcha jacobita. Mortuus est an. 754. Conservatur apud Michaelem I in Chron. (ed. F. CHABOT pp. 468-71 *vers. lat.* II, 511-16) scriptum eius ad episcopos in synodo Tellae.

Studia: BAUMSTARK 269.

§ 137. Georgius (Giwargis) a Be'eltan, patriarcha,

Natus in B. prope Emesam fuit syncellus ep. Theodori Samosateni et an. 758 adhuc diaconus ad sedem patriarchalem evectus. Mortuus est an. 789-90. Sive ab schismatico patriarcha Ioanne Callinici sive a kalipha Al-Mansur persecutionem passus G. debuit per plures annos sedem relinquere et in vinculis aut in interdictione ministerii pastoralis vitam ducere donec ei licuit iterum sedem ac regimen recuperare. Educatus scientia hellenica in monasterio Qennešrin G. plura scripsit e quibus restat commentarium in Matth. (ined. in *Vat. syr.* 154 saec. VIII-IX, descriptum ab A. BAUMSTARK, OC 2 [1902] 360-9) valde eruditum, decretum synodale an. 784-5 latum (ined. ms. *Séert* 69) et epist. ad diaconum Gurja de formula: « Caelestem panem frangimus » (excerpta apud Michaelem I, Chron. ed. F. CHABOT, pp. 480-2-*vers. lat.* III, 5-8).

Studia: BAUMSTARK 269-70.

§ 138. Evangelium Duodecim Sanctorum Apostolorum.

Hoc apocryphon, non confundendum cum homonymo scripto ab ebionitis et ab Origene et Hieronymo commemorato, exstat in ms. *Harris* 85 saec. VII-VIII et continet praeter notitias valde fragmentarias de vita Iesu praedictiones apocalypticas Petri,

Ioannis et Iacobi filiorum Zebedaei. Ex allusionibus eruitur Ev. hoc scriptum esse post tempus Constantini et probabilius post inceptam invasionem musulmanorum : ex omnibus indiciis deducitur compositum esse syriace et probabilius Edessae.

Ed. : J. R. HARRIS, The Gospel of the Twelve Apostles, Cambridge 1900 [cum *vers. angl.*].
Studia : BAUMSTARK 70.

PARS QUARTA

OPERA HISTORICA ANONYMA

Iam de operibus historicis sermo fuit et erit cum eorum auctor notus erat ac proin in libro alibi commemoratur. Hic vero agimus de scriptis indolis historicae quae vel ignoti vel dubii vel parum noti auctoris sunt, quae ergo maiore celebritate gaudent quam ipsi auctores. Ad tempus quod attinet, haec scripta tum ad periodum orthodoxiae communis tum ad nestorianos et jacobitas epochae patristicae tum etiam ad ulteriorem epocham pertinent; quae tamen omnia in unica Parte comprehendere utile visum est. Ceterum ipsa documenta epochae postpatristicae ideo adducuntur quia optimi fontes sunt ad patrologiam syriacam cognoscendam.

Caput I.

ACTA MARTYRUM

Distinguenda sunt A. M. quae Edessae regionem respiciunt ab iis quae frequentissimorum Persiae martyrum passionem narrant. Illa sunt pauca nec tantae auctoritatis historicae; haec vero multa sunt et saepissime optimos historiae fontes constituunt.

Editiones generales: S. E. Assemani, Acta sanctorummartyrum orientalium et occidentalium, 2 voll., Romae 1748 [= ASM]. - P. Bedjan, Acta martyrum et sanctorum, 7 voll., Parisiis 1890-97 [= AMS]

Versiones: *Latina*: Assemani, op. cit. - *Germanica* [incompleta]: G. Hoffmann, Auszüge aus syrischen Akten persischer Märtyrer, Leipzig 1880. - O. Braun, Ausgewählte Akten persischer Märtyrer, BKV 2, 22, Kempten-München 1915.

Studia: Bollandiani, Biblioteca Hagiographica Orientalis, Bruxelles 1910 [= BHO]. - P .Peeters, Traductions et traducteurs dans l'hagiographie orientale à l'époque byzantine, AB 40 (1922) 241-365. - A. Baumstark, 28-29, 55-57, 136-37. - P. Peeters, Le tréfonds oriental de l'hagiographie byzantine, Bruxelles 1950. - A. Vööbus, Die Evangelienzitate in der Einleitung der persischen Märtyrerakten, Bi 33 (1952) 222-34.

§ 139. Martyres Edessae.

SS. Šarbil et Barsamjā, martyres, ut videtur, sub Decio medio saec. III. A. scripta sub fine saec. IV conservantur in ms. *Brit. Mus. Add.* 14644 saec. V-VI. Valor historicus est mediocris.

Editiones: W. Cureton, Ancient Syr. Documents, London 1864, pp. 41-72. - AMS I, 95-130. - G. Mösinger, Acta ss. Martyrum Edessenorum... Innsbrcuk 1874.

Versio anglica: W. Cureton, op. cit. pp. 41-72.

Studia: R. Duval, Les actes de Scharbil et les actes de Barsamya, JA 8, 14 (1889) 40-58.

SS. Gurjā, Šemonā et Ḥabbīb, martyres sub Diocletiano. Duorum priorum restant A. in ms. *Jerus. Monast. s. Marci*, saec. XV

tertii vero in *Brit. Mus.* 952.20. Haec A. tribuuntur cuidam Theophilo. Cum vero fingantur testes oculares et acta archivorum, licet dubitare de veridicitate A.

Editiones: I. E. Rahmani, Acta sanct. confessorum Guriae et Shamonae exarata syr. lingua a Theophilo Edesseno a. Chr. 297, Romae 1899. - F. C. Burkitt, Euphemia and the Goth with the Acts of martyrdom of the Confessors of Edessa ed. and examined, London 1919 [duo priores martyres]. - W. Cureton, op. cit. 73-86. - AMS I, 144-60 [s. Ḥabbīb]

Versiones: *Graeca et latina antiqua*: O. von Gebhardt, Die Akten der edessenischen Bekenner Gurjas, Samonas u. Abibos, TuU, 37, 2, Leipzig 1911, pp. 2-228. - *Armenica antiqua*: Ter G. Mkertschian, Ararat 1896. - P. A. Vardanian, in Handes Amsorya 36 (1922) 471-84. - *Anglica*: W. Cureton, op. cit. 72-106. - *Russica*: E. I. Fesenko, Odessa 1910. - *Latina recentior*: Rahmani, op. cit.

Studia: O. von Gebhardt op. cit. - Baumstark, 28-9.

§ 140. Martyres Persiae.

SS. Berikišo'et Jāunān et socii, aa. 327-8 occisi. A. quae cuidam equiti nomine Isaia Bar Ḥaddābō tribuuntur, neque antiquitate, pertinent enim ad saec. VII, neque sinceritate commendantur.

Editio: ASM I, 211-24. - AMS II, 39-51. Aliud documentum ed in ASM I, 225-30 et AMS II, 51-56, germanice apud O. Braun op. cit. 1-4, asserit aliquos martyres persas necatos a. 339/40 apud fideles Edessae fuisse honoratos; quod qualem fidem mereatur non facile iudicatur.

Sub Sapore II (307-78)

Eminent duae collectiones quarum prima describit martyres in urbe Seleucia-Ktesiphonte occisos, sive primis annis persecutionis (340-6) sive in secunda epocha (376-7). Narrationes hae quae sive a testibus sive saltem a coaevis proveniunt magnam partem collectae sunt a Marutha Maipherkatensi. Distinguere licet duplicem recensionem quarum prima sub fine saec. IV exarata est, altera vero progrediente saec. V et paulisper retractata. In hac collectione narrantur sequentia martyria:

1) *S. Simeon Bar Sabba'ê*, episc. Seleuciae-Ktesiphontis, qui a. 344 ideo potissimum occisus est, quia iuxta A., respuebat duplicia tributa a christianis exigere, quod Sapor II ad bella contra romanos continuanda requirebat. Optimus ms. *Vat. syr.* 160 an. 474 (Cfr. § 14).

Editiones : O. Kmosko, PS II, 715-77.
Versiones : *Antiquae graecae* : H. Delehaye, PO 2. - *Latina* : Kmosko op. cit. - *Germanica* : O. Braun, op. cit. 5-58.
Studia : P. A. Vardanian, Zur armenischen Übersetzung der « persischen Märtyrer », Handes Amsorya 36 (1922) 269-300. - P. Peeters, La date du martyre de S. Syméon archevêque de Séleucie-Ctesiphon, AB 56 (1938) 118-214. - M. J. Higgins, Date of Martyrdom of Simeon Bar Sabbae, Traditio 11 (1955) 1-36.

2) *Eccidium in Bēt Hūzāje et SS. Tarbo, Šahdost, 111 homines et 9 mulieres, Barba'šmīn, 40 martyres, Bādemā, 'Aqebšemā et socii.*

Editiones : ASM I, 1-59 ; 83-91 ; 104-20 ; 141-207 ; AMS II, 248-60 ; 276-81 ; 291-306 ; 325-96.
Versiones : *Germanica* : O. Braun, op. cit. 83-138.

Altera collectio quae est « Passionarium Adiabenes » continet martyres illius provinciae cuius caput erat Arbela. Praecipui inter eos numerantur :

3) *SS. Ioannes et Jacobus*, episcopi ; *S. Abraham* ep. Arbelae ; *Ḥanania Jacobus et Maria* ; *Thecla*, *Maria* et sociae virgines; *Jacobus* et *Azad.*

Editiones : AMS II, 307-16 ; IV, 128-41 ; ASM I, 121-31.
Versiones : *Germanica* [incompleta] : O. Braun, op. cit. 105-09.
Studia : P. Peeters, Le « Passionaire d'Adiabène », AB 43 (1925) 261-326.

4) *SS. Miles, Baršabja, Daniel et Warda.*

Editiones : ASM I, 60-80 ; 92-95 ; AMS II, 260-75 ; 281-84.

5) *SS. Narsai*, ep. Saharqadt, *Ioseph*, *Sapor*, *Isaac* et sociorum qui martyrium passi sunt in Beth Garmaj. A. quae e ms. saec. IX proveniunt plura habent quae historia ut falsa aut suspecta reicit.

Editio : Acta Sanctorum, Acta Novembris IV, Bruxelles 1925, pp. 424-32.
Studium : ibid. pp. 412 ss.

6) *SS. captivi* trucidati an. 362, quorum A. scripta sunt a. 373.

Editiones : ASM I, 131-39.
Versio : *Germanica* : O. Braun, loc. cit. 110-5.

7) *SS. martyres de Karkā de Bēth Selōk.*

Editio : AMS II, 284-86.
Studium : Acta Sanctorum, Novembr. IV, pp. 415-25.

8) *SS. milites persae* occisi an. 350 *in* Ǧ*īlān.*

Editio : AMS II, 166-70.

9) *S. Baddāj de Argūl.*

Editio : AMS II, 63-65.

Sub Iezdegerd I (378-420)

10) *SS. 'Abda et socii*, qui sub fine imperii Iezdegerd necati sunt.

Editio : AMS IV, 250-53 e ms. incompleto.
Versio germanica : O. Braun, op. cit. 139-41.

11) *S. Narsaj de Bēt Rāzīqājē*

Editio : AMS IV, 170-80.
Versio germanica : O. Braun, op. cit. 142-9.

12) *S. Ṭāṭāq.*

Editio : AMS IV, 181-84.

13) *SS.* 10 *martyres de Bēth Garmaj.*

Editio : AMS IV, 184-8.

14) *S. 'Abd al-Masīḥ de Singar.* A. propter posteriorem aetatem non tantae auctoritatis esse videntur.

Editio : AB 5 (1887) 5-52.
Versiones armenica et arabica antiquae : AB 44 (1926) 270-341.

Sub Baḥram V (420-38)

15) *S. Miḥaršābor*

Editio : ASM I, 234-36 ; AMS 2, 535-9.

16) *S. Pērōz.*

Editio: AMS IV, 253-62.
Versio germanica: O. BRAUN, op. cit. 163-9.

17) *S. Ja'qōb*, notarius.

Editio: AMS IV, 189-200.
Versio germanica: BRAUN, op. cit. 170-8.

18) *S. Iacobus Intercisus.* A. sunt clare spuria, licet satis antiqua.

Editio: AMS II, 539-58.
Versio germanica: BRAUN, 50-62.

19) *SS. 447 martyres apud Petjōn* necati.

Editio: J. CORLUY, AB 7 (1889) 8-44.
Versio latina: ibid.

Sub Iezdegerd II (439-457)

20) *SS. Martyres in Karkā de Bēth Selōk* an. 446. Narratio continetur in « Historia Karkae de Beth Selok » scripta saec. VI.

Ed.: G. MÖSINGER, Monum. Syr. 2, 63-75 - AMS 2, 507-35 - *vers. germ.*: G. HOFFMANN Auszüge aus syr. Akten pers. Märtyrer, pp. 43-60.

Sub Chosroe I (531-76)

21) *SS. Gregorius et Jazdpanāh*, + an. 542. A. licet a coaevis non scripta, veridicitatem historicam prae se ferunt.

Editio: P. BEDJAN, Histoire de Mar Jabalaha... Paris 1895, pp. 347-415.

22) *S. Šīrīn* + an. 558-9. A. scripta sunt syriace a coaevo ; restat vero sola versio graeca in Cod. Laurent. IX 14.

Editio versionis graecae: P. DEVOS, AB 64 (1946) 87-132.
Studia: P. PEETERS, Sainte Golindouch, martyre perse (+ 13 juillet 591), AB 62 (1944) 74-126.

Examen circa doctrinam dogmaticam et historiam rerum ecclesiasticarum quae in his Actis continentur nondum peractum est ; esset porro valde utile.

§ 141. Acta Legendaria.

Saec. VI videntur composita haec A. M. sub persecutione Saporis II quae plus minusve legendariis elementis constant :

SS. Mar 'Abdišo' et Qardag.

Ed.: J. B. ABBELOOS, AB 9 (1890) cum *vers. lat.*. - AMS 2, 442-507. - H. FEIGE, Die Geschichte des M. 'Abdîšo' und seines Jüngers M. Qardagh, Kiel 1890.
Studia: Th. NÖLDEKE, ZDMG 44 (1890) 529-35. - BAUMSTARK 137.

SS. Gubarlāhō princeps et eius soror Qāzō.

Ed.: J. B. ABBELOOS, AB 9 (1891) 11-103 [cum *vers. lat.*]: AMS II, 442-507.

S. Dadu.

Ed.: AMS 4, 210-21.
Studia: G. HOFFMANN, Auszüge aus syr. Akten persischer Märtyrer, pp. 33-34.

SS. Mar Mu'ain et Mar Saba-Pirgušnasp.

Ed.: AMS 4, 222-49.
Studia: G. HOFFMANN, op. cit. 22-33.

S. Saba-Gušnjazdad, + 487-88 postquam paganos evangelizavit. Acta exarata sunt post an. 628.

Ed.: AMS 2, 635-80.
Studia: G. HOFFMANN, op. cit. 68-78.

§ 142. Acta Sancti 'Azazail.

Continetur in mss. recentioribus historia A. filii praefecti Samosatae, qui a Maximiano imperatore Romam deportari iussus mar-

tyrium passus est an 304. Haec Acta quae probabilius confunduntur cum Actis s. Pancratii, vix momentum historicum prae se ferunt.

Ed. : F. MACLER, Histoire de S. A., Paris 1902 [cum *vers. gall.*].
Studia : BAUMSTARK 96-97.

CAPUT II

SCRIPTA HAGIOGRAPHICA

Fere semper biographiae narrant virtutes monachorum. Iam vero post primos ascetas seu « benai qejama » saec. IV, eo ipso saeculo floruerunt anachoretae. Coenobitae vero vix ante saec. VI.

Studia generalia (*de monachismo*) : M. MAUDE, Who were the B'nai Q'yāmā? JTS 36 (1935) - K. HEUSSI, Der Ursprung des Mönchtums, Tübingen 1936. - P. KRÜGER, Das syrisch-monophysitische Mönchtum im Tur-Ab(h)din von seinen Anfängen bis zur Mitte des 12. Jahr., Münster 1937. - St. SCHIWIETZ, Das morgenländische Mönchtum. III : Das Mönchtum in Syrien und Mesopotamien, und das Aszetentum in Persien, Mödling b. Wien, 1938. - J. van der PLOEG, Oud-Syrisch monniksleven, Leiden 1942. - S. JARGY, Les « fils et filles du pacte » dans la littérature monastique syriaque, OCP 17 (1951) 304-20. - Idem, Les origines du monachisme en Syrie et en Mesopotamie, Proche-Or. Chr. 2 (1952) 110-124. - E. HONIGMANN, Patristic Studies, Città del Vaticano 1953. - S. JARGY, Les premiers instituts monastiques et les principaux représentants du monachisme syrien au VI^{e} siècle, Proche-Or. Chr. 4 (1954) 109-17. - E. HONIGMANN, Le couvent de Barṣaume et le Patriarcat jacobite d'Antioche et de Syrie, CSCHO, Subsidia 8, Louvain 1954. - K. CZEGLÉDY, Monographs on syriac and muhammadan Sources in the literary Remains of M. Kmosko, Acta Or. 4 (1955) 19-90.

§ 143. Biographiae monachorum maioris auctoritatis.

1) De archimandrita *Bar Ṣauma* qui in Latrocinio Ephesi pro Eutyche certavit et a concilio Chalcedonensi acriter correptus est, narrant duae b. quarum prima in tardioribus mss. syriacis sed et in aethiopica versione iacet a quodam Samuele composita, altera vero Abrahami « alti montis » Bar Ṣaumae suppositi magistri gesta narrat. Utraque tamen gravibus dubiis est subiecta.

Vers. aeth. primae : S. GREBAUT, ROC 13 (1908) 337-45 ; 14 (1909) 135-42, 264-75, 409-13. - Excerpta e syriaco *ed.* : F. NAU, ibid. 18 (1913) 272-76, 379-89 ; 19 (1914) 113-14, 278-89 [cum *vers. gall.*].

Ed. excerpta secundae : F. NAU, PO 5, 767-73 [cum *vers. gall.*].

2) De biographo *Ioannis Tellensis* cfr. § 98.

3) Biographia archimandritae *Ioannis*, filii Aphthonii (+ 537) qui plura monasteria fundavit narratur a quodam discipulo. Agitur de scripto dubiae fidei et conservato in tardiore ms.

Ed. : F. NAU, ROC 6 (1901) 97-135 [cum *vers. gall.*].

4) Biographiam *Jacobi Baradaei* cfr. § 99.

5) Biographiam *Aḥudemmeh* cfr. § 104.

§ 144. Hagiographiae satis legendariae.

Ante medium saec. VII composita sunt apud jacobitas hae hagiographiae et haec martyrologia quae legendariis elementis abundant :

1) Historia *S. Marinae* (*ed.* P. BEDJAN AMS 1, 366-71 - F. NAU, ROC 6 (1901) 276-90, 354-78 [cum *vers. gall.*]

2) Historia de *Maria Aegyptiaca* (*ed.* P. BEDJAN AMS, 5 342-85.

3) Historia *Martiniani* (inedita in ms. *Brit. Mus.* Add. 14647 saec. VII)

4) Historia *Marci* (*ed.* V. SCHEIL, Zeitschr. f. Assyr. 12 (1897) 162-70.)

5) Historia *Hilariae*, filiae imperatoris Zenonis, quae ut monachus Ioannes in monasterio latuit (*ed.* : A. J. WENSINCK, Legends of Eastern Saints cniefly from syriac sources. 2, Leyden 1913 [cum *vers. angl.*])

6) Historia *Onesimae*, filiae regis, quae coenobium monachorum rexit (*ed.* : P. BEDJAN AMS 4, 405-21)

7) Historia *Archelidis*, romani, qui maluit mori quam vultum femininum matris respicere (*ed.* : A. J. WENSINCK op. cit. 1, Leyden 1911. Cfr. W. Weyh, ZDMG 66 (1912) 758-67)

8) *Beḥnam et Sara*, filii regis assyrii Sanḥirib tempore Juliani Apostatae (ed. P. BEDJAN AMS 2, 397-441)

9) Vita *Mar Mattai*, qui supponitur mortuus 18-IX-311, cuius nomen habuit monasterium erectum in monte Epheph prope Mossul (inedita)

10) Vita *Aaronis Sarugensis*, qui supponitur mortuus 28-V-337, qui dicitur fundasse monasterium in monte prope Melitenem

(*ed.* F. NAU, PO 5, 701-49, cum *vers. gall.* Cfr. Idem, Sur Aaron de Saroug et ses deux monastères, ROC 27 (1929-30) 205-11).

11) S. *Dometios* martyr, non confundendus, ut videtur, cum homonymo « medico ». (*ed.* : P. BEDJAN, AMS 6, 536-56. Cfr. P. PEETERS, AB 57 [1939] 72-105).

12) *Jacob* « aegyptius » qui supponitur transtulisse eremitismum in Mesopotamiam et mortuum an. 421 (ineditum).

13) Historia *Simeonis* e Kephar ʿAbdin (inedita)

14) Historia *Aḥae*, qui dicitur coaevus Marciani (inedita)

15) Martyrium *Pinḥas* (*ed.* BEDJAN AMS 4, 208-18)

16) Historia imperatoris *Mauricii* legendaria (*ed.* F. NAU PO 5, 773-8)

17) « *Homo Dei de Urbe Romae* ». Sub hoc titulo conservata est in ms. *Brit. Mus.* Add. 14644 saec. V-VI et in aliis pervetustis narratio cuiusdam sancti qui in nocte matrimonii Roma fugiens venit Edessam ubi per plures annos tanquam mendicus vixit et tempore episcopatus Rabbulae mortuus est (415-35). Nostra narratio, testimonio fere coaevo innixa, circa 450-75 scripta est et ideo summatim fide digna esse videtur. Ex ea tamen posterius legenda fabricavit biographiam graecam, recentiorem syriacam saec. IX et etiam plures occidentales in quibus vir Dei Alexius nomine Romam revertitur ibique moritur.

Ed. : A. AMIAUD, La légende syriaque de s. Alexis, l'homme de Dieu, Paris 1889 [cum copiosa introductione et *vers. gallica*].
Studia : BHO 36-42. - BAUMSTARK 96, 191-93.

§ 145. Legendae Hagiographicae.

A) *Legenda de septem sanctis dormientibus*

Septem christianos tempore Decii (249-51) muris in caverna conclusos per plures annos dormivisse narratur in legenda syriaca cuius exstant diversae recensiones sive monophysiticae sive nestorianae quaeque a primitiva aliqua recensione saec. V aut VI defluunt. Exstat hymnus de Dormientibus qui Jacobo Sarugensi (+ 521) tribuitur. Antiquissima recensio invenitur in ms. *Brit. Mus.* Add. 14650 saec. VI-VII. Haec legenda potissimum momentum habuit apud musulmanos.

Ed. : J. P. N. LAND, Anecdota syriaca 3, 87-99. - I. GUIDI, Rendiconti Acc. Lincei 3, 12, (1884). - P. BEDJAN AMS 1, 301-25, 528-35. - *Vers.*

germ. A. ALLGEIER, OC 2. ser. 6, (1916) 1-43; 7 (1918) 33-87. - *ital.* I. GUIDI, ibid.

Studia: V. RYSSEL, Syrische Quellen abendländischer Erzählungsstoffe, Archiv. f. d. Studium der neueren Sprachen und Literaturen 93 (1895) 1-22, 241-80; 94 (1896) 369-88. - L. MASSIGNON, « Les Septs Dormants », apocalypse de l'Islam, AB (Mélanges P. Peeters II) 68 (1950) 245-60. - P. PEETERS, Le tréfonds oriental de l'hagiographie byzantine, Bruxelles 1950, pp. 141-42.

B) *Legendae de Constantino et Helena*

Baptismus Constantini

Constantinum lepra laborantem baptizatum esse a Papa Silvestro et statim sanatum narratur in legenda syriaca ms. saec. XII sed quae nota videtur Iacobo Sarugensi in quodam hymno et Zachariae Rhetori. Narratio haec ex scriptis graeco-latinis procedit.

Ed. [textus Zach. 1, 7]: J. P. LAND, Anecdota syriaca 3, 46-76. - *Vers. germ.* V. RYSSEL, Archiv. für d. Studium d. neueren Sprachen u. Literaturen 95 (1897) 21-54. - Textus syr. narrationis est ineditus *Brit. Mus.* 960, 32°. - Ed. hymni Iacobi Sarugensis: A. L. FROTHINGAM, L'omelie di G. di S. sul battesimo di Costantino, Rend. Acc. d. Linc. 3, 8 (1882) 167-242.

Studia: F. J. DÖLGER, Konstantin der Grosse und seine Zeit, Freiburg 1913. - W. LEVISON, Konstantinische Schenkung und Silvesterlegende, Miscell. Ehrle II (Studi e Tesi 38) Roma 1924, 159-247.

Inventio Crucis.

« Doctrina Addai » initio saec. V narrat inventionem Crucis per Protonicen, uxorem imperatoris Claudii. Sed cum narratio occidentalis de inventione facta per Helenam apud syros propagaretur, nata est secunda recensio syriaca cuius antiquitas constat ex eo quod sive iacobitis sive nestorianis familiaris sit. Duplex tempore inventio proponitur, quarum prima fit tempore Judae Cyriaci ep. Hierosolymitani. Composita sunt pariter Acta legendarii martyrii huius episcopi. Cf. etiam D).

Ed. secundae recensionis, e iacobitico ms.: D. LOFTUS, Invention of the Cross whereon Our Saviour was crucified, Dublin 1686. - e ms. nestoriano P. BEDJAN AMS 3, 175-87. - E. NESTLE, De sancta cruce, Berlin 1889, pp. 113-26. - *Vers. germ.* V. RYSSEL ZKg 15 (1895) 226-33. - Idem, Syrische Quellen abendländischer Erzählungsstoffe, Archiv f. d. Stud. der neueren Sprachen und Literaturen 93 (1895) 8-22. - [Acta Judae mart.]: I. GUIDI, ROC 9 (1904) 87-95.

Studia: L. DE COMBES, De l'invention à l'exaltation de la S. Croix, Paris 1903. - J. STRAUBINGER, Die Kreuzauffindungslegende, Paderborn 1912. - BAUMSTARK 98.

C) *Legenda de prodigio SS. Šemonā, Gurjā et Ḥabbib in favorem Euphemiae*

In mss. non adeo antiquis conservatur narratio quae nucleum historicum habere potest. Cum Hunni an. 396 Edessam devastassent et milites romani contra eos decertarent venit quidam miles gothus Edessam qui quandam Euphemiam decepit affirmans se esse caelibem et eam ad nuptias ducens quae ante sepulchrum martyrum Edessae celebratae sunt. In Occidentem veniens Euphemia cognovit veram uxorem militis fuitque uti serva tractata. Ex ea natus filius ab uxore militis veneno occisus est; sed et Euphemia veneno uxorem occidit et fugit Edessam. Huc vero cum miles iterum venisset cumque eius anterior fraus delata esset tandem morte mulctatus est. Haec narratio in graecum versa est.

Ed.: F. NAU, ROC 15 (1910) 53-72, 182-91 [cum *vers. gall.*].
Vers. graeca vetus: O. GEBHARDT TuU LI, 148-99, ubi erronee supponitur graecam fuisse linguam primitivam.
Studia: F. C. BURKITT, Euphemia and the Goth..., London 1913 - BAUMSTARK 96.

D) *Legenda Juliani*

Ita vocatur fabulosum opus tribus partibus constans, in ms. *Brit. Mus.* saec. VI iacens, quod ab aliquo edesseno monacho inter ann. 502-32 exaratum est quodque posteriorem recensionem durante ipso saec. VI expertum est. Ex L. J. hauriunt aṭ-Ṭabari et al-Ja'qubi. Opus narrat historiam Constantini et trium filiorum, martyrium cuiusdam Eusebii episcopi sub Juliano Apostata et historiam Ioviani sub Juliano et post eius mortem.

Ed.: J. G. E. HOFFMANN, Julianos d. Abtrünnige. Syr. Erzählungen, Leiden 1880.
Studia: A. ASMUS, Julians autobiograph. Mythus als Quelle des Julianusromans, ZDMG 68 (1914) 701-4. - BAUMSTARK 183.

Caput III

CHRONICAE ET VARIA

Studia generalia: F. Haase, Altchristliche Kirchengeschichte nach orientalischen Quellen, Leipzig 1925

§ 146. Chronica Minora.

Sub hoc utili et communi titulo simul editae sunt diversae et antiquae Chronicae iuxta hunc ordinem :

I. *Chronicon Edessenum.*

Ab anonymo auctore, obvie edesseno declinante saec. VI e tabulariis loci et ex aliis fontibus compilatum, initium sumit ab inundatione an. 201 quam per notariorum descriptionem narrat, quaeque *primum documentum* est syriacum certo anno exaratum ! Totum Chronicon pretiosas habet notitias de episcopis et de aedibus sacris Edessae. Editio facta est iuxta unicum ms. *Vat. syr.* 163 saec. VII.

Editiones: J. S. Assemani, BO, 1, 388-417 - L. Hallier, Untersuchungen über die Edessenische Chronik, Text. u. Unters., Leipzig 1892 - I. Guidi, Ch. M., Lovanii 1903, pp. 1-13.
Versiones : *Latina* : Assemani, ibid. - I. Guidi, op. cit. 1-11. - *Anglica* : Journal of Sacred Literature 5 (1864) 28 ss. - *Germanica* : L. Hallier, op. cit.
Studia : J. Tixeront, Les origines de l'Eglise d'Édesse et la légende d'Abgar, Paris 1888. - R. Duval, Histoire politique, religieuse et littéraire d'Édesse jusqu'à la première croisade. Paris 1892. - A. Avak - Vartan - Angiarakian, Notizie storiche sulla città e sede episcopale di Edessa, Roma [s. d.]. - Baumstark, 99-100. - I. Ortiz de Urbina, Le origini del cristianesimo in Edessa, Greg. 15 (1934) 82-91.

II. *Chronicon anonymum* (nestorianum).

A quodam monacho nestoriano in meridionali Mesopotamia annis circa 670-80 compositum, narrat facta a morte Hormizdae IV

(590) usque ad occasum Sassanidarum in Persia. Hoc documentum tum ad historiam ecclesiasticam tum ad profanam imperatorum persarum non parvi faciendum est.

Editio : I. Guidi, Ch. M. CSCHO ibid., pp. 15-39.
Versiones : *Latina* : I. Guidi, ibid. pp. 13-32. - *Germanica* : Th. Nöldeke, Die von Guidi herausgegebene syrische Chronik übersetzt und commentiert, Sitzb. d. Wien. Ak. Phil. Hist. Cl., B. 128, Wien 1893.
Studia : Baumstark, 207.

III. *Chronicon Maroniticum.*

Asservatum in ms. *Brit. Mus.* Add. 17216 saec. VIII-IX scriptum est ab anonymo auctore paulo post an. 664. Plures adsunt lacunae in textu. Iidem fontes adhibentur ac apud Michaelem Syrum, nempe Chronicon Eusebii, Theodoreti H. E. et Haeret. Fabul. Compendium. Historia incipit ab imperatore Alexandro Magno.

Legitur : Eodem mense, venerunt episcopi Iacobitarum, Theodorus et Sebōkt, Damascum, et disputationem coram Mo-ʿawia habuerunt cum viris gregis Mar Maronis, circa fidem. Cum autem victi essent Iacobitae... » quod fragmentum ad historiam Maronitarum maximi est ponderis.

Editio : E. W. Brooks, Ch. M. CSCHO ibid., pp. 43-74.
Versiones : *Latina* : I. B. Chabot, op. cit. pp. 37-57. - *Germanica* : Th. Nöldeke, Zur Geschichte der Araber im 1. Jahrh. der Hig. aus syrischen Quellen, ZDMG 29 (1875) 82 ss.
Studia : F. Nau, Opuscules Maronites, Paris 1899-1900.

IV. *Chronicon Miscellaneum*, ad a. 724.

Dictum etiam minus apte « Liber Kalipharum » ob catalogum Kalipharum in eo contentum, servatum est in ms. *Brit. Mus.* Add. 14643 saec. VIII. Prout iacet, hoc Ch. M. compilatum est ab auctore catalogi Kalipharum intra annos 724-43, qui multa praecedentia opera collegit.

In eo includuntur 3 chronicae quae absolvuntur annis 629, 636 et 641 et quae de chronologia et factis ecclesiasticis Antiochiae ab anterioribus fontibus hauriunt : praeterea quidam conspectus geographicus gentium qui latine prostabat et affinitatem cum alio graeco Chronici Paschalis manifestat : tandem genealogia Patriarcharum A. T. sumpta ex Aphrahate et elenchus Kalipharum.

Editio: E. W. Brooks, Ch. M. CSCHO ibid., pp. 77-156.
Versio latina: I. B. Chabot, ibid. pp. 61-119.
Studia: Baumstark, 274.

V. *Chronicon ad a.* 846.

Servatur in ms. *Brit. Mus.* Add. 14642 — palinpseston rescriptum priore parte saec. X — estque, prout iacet, Ch. mundi compositum annis 784-5 postea vero a quodam monacho iacobita monasterii Qarṭaminensis protractum usque ad an. 848-9, et perfectiore chronologia ditatum. Opus notitias sumit a praecedentibus Libro I Machabaeorum Josepho, Eusebio, Doctrina Addai, Pseudo-Epiphanio, Socrate, Chronico Edesseno, Ioanne Ephesino, Pseudo-Zacharia et aliis.

Prima recensio, quae ad an. 819 extenditur, edita est e ms. saec. IX Bethsebirinensi ab A. Barsaum, CSCHO, ser. 3, tom. 14, pp. 1-22 cum versione latina a I. B. Chabot, ibid. 1-16.

Editio: E. W. Brooks, Ch. M. CSCHO ibid., pp. 157-238.
Versio latina: I. B. Chabot, ibid. 121-80.
Studia: Baumstark, 273.

VI. *Chronicon ad a.* 813.

Solum fragmentarie conservatur, in ms. *Brit. Mus.* Add. 14642 saec. X-XI, et recenset facta inde a morte Ioannis patriarchae jacobitarum (+ 754) ad caedem Al-Amin Kaliphae (an. 813). Videtur Chronicam exaratam esse a Theodosio Edesseno ante medium saec. IX.

Editio: E. W. Brooks. - I. Guidi - I. B. Chabot, Chr. M. CSCHO ibid., pp. 243-60.
Versio latina: iidem, ibidem pp. 183-96. - *Anglica* [postremae partis]: E. W. Brooks, A Syriac Fragment, ZDMG 54 (1900) 195 ss.
Studia: Baumstark, 276.

VII. *Chronicon Jacobi Edesseni* (+ 708)

In ms. *Mus. Brit.* Add. 14685 saec. X-XI asservatum ibi mutilum est; plura tamen compleri possunt ex scriptis Michaelis historiographi qui ample hoc Chr. transcripsit. Post introductionem sequebatur versio libera Chr. Eusebii usque ad 20 annum imperii Constantini. Subsequebatur originalis pars quae se usque ad an. 691-2 extendebat, quam posterius discipulus forsan usque ad an. 709-10 post mortem Jacobi continuavit. Conservantur, non semper integre, introductio et pars originalis, quae chronologia insignis est.

Editio: E. W. Brooks - I. Guidi - I. B. Chabot, Chr. M. CSCHO Lovanii 1903, pp. 261-327.
Versio latina: E. W. Brooks, ibid. pp. 197-255. - *Anglica*: idem, The Chronological Canon of James of Edessa, ZDMG 53 (1899) 261 ss.
Studia: F. Nau, Notice sur un nouveau ms. de l'Octoechus de Sévère d'Antioche et sur l'auteur Jacques Philoponus, JA ser. 9. tom. XII pp. 346 ss. - Baumstark, 254.

VIII. *Chronicon ad an.* 775.

Breve hoc Chr. continetur in ms. *Brit. Mus.* Add. 14683 saec. X. Usque ad ann. 724 fere solos catalogos regentium habet sed inde ad an. 725 leguntur breves notitiae historicae a coaevo auctore compositae. Fontes adhibet chronographum qui an. 505 in imperio Persarum scripsit et « Librum Generationis » fere ad verbum transcribit.

Editio: E. W. Brooks - I. Guidi - I. B. Chabot, Ch. M. CSCHO ibid., pp. 337-49.
Versio latina: E. W. Brooks, ibid. 265-80.

§ 147. Documenta origines monophysitarum illustrantia.

Agitur de collectione quae continet plures epistulas etiam synodicas et alia documenta summatim 44 quae ad primum tempus monophysitarum spectant. Incipit ab epist. synodica Theodosii alexandrini ad Severum antiochenum et clauditur cum epist. Pauli antiocheni ad Theodorum alexandrinum. Maxima pars documentorum versa est e graeco. Collectio iacet in ms. saec. VI-VII, *Brit. Mus.* Add. 14602.

Ed.: J. B. Chabot, CSCHO, Lovanii 1908. - *vers. lat.* op. cit., Lovanii 1933.
Studia: Baumstark 175.

II

Alia minor collectio, quae inedita fere iacet in ms. *Brit. Mus.* Add. 12155 an. 746-7, comprehendit documenta inde ab an. 535 usque ad medium idem saeculum. Non desunt ibi fontes maioris momenti, ut est responsio de re liturgica ad syros orientales monophysitas a consociis Byzantii degentibus data.

Ed. epist. Anthimi ad Jacobum Baradaeum: I. E. RAHMANI, Stud. Syr. 3, 23-5, *vers. lat.* 66-72. - *vers. gall.* totius collectionis: F. NAU, ROC 14 (1909) 39-49.
Studia: BAUMSTARK 176.

§ 148. Chronica Arbelae.

Auctor, nomine Mešiḥa-Zkha [= « Christus vicit »], scripsit annis 550-69 historiam Arbelae, metropolis Adiabenes in Persia, cuius primus episcopus recensetur Mar Peqidas, consecratus a Mar Addai, apostolo Domini. Auctor pro antiquiore epocha adducit testimonium « magistri » et « scriptoris » Abelis, citat etiam H. E. Eusebii. Plura narrat de prioribus saeculis quam de periodo recentiore. Sine dubio plura facta ab eo recensita confirmantur ab aliis fontibus historicis. Continet tamen notitias aperte fabulosas pro primis saeculis, discordat in aliis cum securioribus fontibus, praetermittit facta certa et gravia; quare Ch. A. habenda est ut documentum historicum sed mediocris auctoritatis cum prudentia utendum. Addendum est unicum ms. ad editionem inservisse quod *dicitur* esse saec. X, et Ch. A. a posterioribus non esse citatam aut commemoratam.

Nota in Ch. A. doceri episcopum consecrari per impositionem manuum alterius episcopi, licet a fidelibus et clero eligatur. Per eundem ritum consecrantur presbyteri et diaconi. Pro primo saeculo sermo est solum de episcopis et diaconis, quibus deinde adiunguntur presbyteri. Notum est basptisma cum formula trinitaria.

Editio: A. MINGANA, Sources syriaques, vol. I. Mšiha-Zkha, Leipzig [1907].
Versiones: *Gallica*: A. MINGANA, ib. - *germanica*: E. SACHAU, Die Chronik von Arbela, ein Beitrag zur Kenntnis des ältesten Christentums im Orient, Abh. d. Kgl. Preuss. Ak. d. Wiss. Jahrg. 1915. Phil.-Hist. Kl. Nr. 6 - *latina*: F. ZORELL, Or. Christ. VIII, Roma 1927, pp. 144-204.
Studia: E. SACHAU, op. cit. introductio. - A. ALLGEIER, Neue Aufschlüsse über die Anfänge des Christentums in Orient, Der Katholik 4. Reihe, XVII, 393-401; Idem, Untersuchungen zur ältesten Kirchengeschichte von Persien, ib. XXII, 224-241. - E. SACHAU, Vom Christentum in der Persis, Sitzungsb. d. Kgl. Preuss. Ak. d. Wiss. 1916 pp. 958-82; idem, Zur Ausbreitung des Christentums in Asien, Abh. d. Preuss. Ak. d. Wiss. Phil.-Hist. Kl. 1919, pp. 1-80. - BAUMSTARK, 134-35. A. HARNACK, Die Mission und Ausbreitung des Christentums, 4. Aufl., Leipzig 1924, vol. II, pp. 683-91. - P. PEETERS, Le « Passionaire d'Adiabène », AB 43 (1925) 263 ss. - J. B. UMBERG, Die Sakramente in der Ch. von A., ZKT 41 (1925) 497-510. - H. DIECKMANN, De idea successionis in Ch. Ecclesiae Arbelensis, Greg. 8 (1927) 100-105. - G. MESSINA, La Cr. di A., Civ. Catt. 1932, vol. III. pp. 362-76. - I. ORTIZ DE URBINA, Intorno al valore storico della Cr. di A., OCP 2 (1936) 5-33. - G. MESSINA, La celebrazione della festa (šahar-ab-agam-wad) in Adiabene, Orientalia 6 (1937) 234-44.

§ 149. Chronicon Pseudo-Dionysianum an. 774/5.

Maxima pars ms. quod. Ch. continet, est in *Vat. Syr.* 162, dum septem eius fragmenta migrarunt in *Brit. Mus.* Add. 14665 (fol. 1-7). Codex scriptus est initio saec. IX. Opus autem, quod est compilatio historica, non est tribuendum Dionysio Patriarchae Iacobitae Tellmaḥarensi (+ 845) neque probabilius Išoʿ seu Iosue Stylitae, in monasterio Zuqninensi commoranti.

Opus absolutum est an. 774-5, uti constat ex ipso codice.

Incipit narratio adhibito Chronico Eusebii et eius H. E., cui adiunguntur notitiae e chronographis e « Spelunca Thesaurorum », ex apocryphis narrationibus de Magis, de Septem Dormientibus et de Chronico Edesseno. Sectio altera, sequens Historiam Socratis aliosque fontes, inter quos Ioannes Ephesi et Ioannes Ruphus, describit facta usque ad tempora Zenonis. Sequitur « Historia calamitatum quae Edessae, Amidae, et in tota Mesopotamia acciderunt », quae ab Assemani aliisque Išoʿ Stylitae immerito ut videtur, tributa est et quae sine dubio Edessae scripta comprehendit historiam per annos 495-507. Sectio tertia, quae a tempore Zenonis ad mortem Iustiniani protenditur, partem 2. H. E. Ioannis Ephesi fere ad verbum usurpat. Hic habetur epist. Simeonis Betharsamensis de Himjaritis martyribus. Reliquum tempus tractatur non semper eadem sobrietate in sectione quarta.

Editio completa: I. B. CHABOT, Chronicon anonymum Pseudo-Dionysianum vulgo dictum, CSCHO, ser. 3, tom. 1-2, Lovanii 1927. 1933.
Versiones incompletae: *Latina* [prima pars]: I. B. CHABOT, ibid. Lovanii 1949. - *gallica*: P. MARTIN [Chr. « Iosue stylitae »] Abhand. für die Kunde des Morgenlandes, Bd. VI, n. 1, Leipzig 1876. - J. B. CHABOT [quarta sectio] Bibl. de l'École des Hautes Études sc. philol. et hist., fasc. 112, Paris 1898. - *anglica*: W. WRIGHT, The Chronicle of Joshua the Stylite, composed in Syriac. A. D. 507, Cambridge 1882. - *italica*: I. GUIDI, Testi orientali inediti sopra I sette Dormienti di Efeso, Mem. R. Acc. dei Lincei; sc. morali, XII, Roma 1884.
Studia: J. S. ASSEMANUS, BO, passim. - O. F. TULLBERG, Dionysii Telmahharensis Chronici liber primus e cod. ms. syriaco Bibl. Vat. transcriptus notisque illustratus, Upsaliae 1851. - A. v. GUTSCHMIDT, Unter-

suchungen über die syrische Epitome der Eusebischen Canones, Stuttgart 1886. - F. NAU, Étude sur les parties inédites de la Chronique attribuée à Denys de Tellmahré, ROC 2 (1897) 41-68. - E. TISSERANT, Codex Zuqninensis rescriptus Veteris Testamenti, Romae 1911, pp. V-XXXII. - BAUMSTARK, 275. - A. ALLGEIER. Der Ursprung der griechischen Siebenschläferlegende, Byz. Neugr. Jahrbuch 3 (1922) 311-331. - A. MOBERG, The Book of the Himyarites, Lund-Paris-Leipzig 1924. - F. HAASE, Altchristliche Kirchengeschichte nach orientalischen Quellen, Leipzig 1925, pp. 18 ss. - R. ABRAMOWSKI, Dionysius v. Tellmahre, jakobitischer Patriarch von 818-45, Leipzig 1940. - N. PIGULEVSKAJA, Mesopotamia in limite V et VI saec. Chron. syr. Išo Styl. ut fons historicus [russice], Moskoviae 1940.

§ 150. Chronicon Anonymum ad a. 1234.

Scriptum est ante medium saec. XIII ab ignoto auctore, probabilius monacho qui patriarchae jacobitae Gregorio vicinus erat. Erat Hierosolymis cum eam Ṣalaḥeddīnus an. 1187 expugnavit. Exstat autem in unico ms. circa finem saec. XIV exarato, quod Constantinopoli apud Petrum Fehim conservatur.

Historia profana, quam prima pars complectitur, protenditur ad an. 1234 dum ecclesiastica, secundae partis, an. 1207 attingit. Maioris momenti sunt ea quae ad medium aevum referuntur.

Editiones: [prima pars] I. E. RAHMANI, Chronicon civile et ecclesiasticum anonymi auctoris, quod ex unico codice edesseno primo edidit... Šarfe, 1904-11. - [completa]: I. B. CHABOT, Ch. An. ad a. 1234 pertinens, CSCHO, ser. 3, tom. 14, Lovanii 1916 [secunda pars], 1920 [prima].

Versiones: *Latina* [prima pars]: I. B. CHABOT, ib. Lovanii 1937. - *Gallica*: [prima pars, de Rahmani] F. NAU, ROC 12 (1907) 429-41; 13 (1908) 90-9, 436-43. - *anglica* [non completa]: A. S. TRITTON - H. A. R. GIBB, first and second Crusade from a anonymus syriac Chronicle, Journ. JRAS (1933) 69-101, 273-306.

Studia: BAUMSTARK, 302.

PARS QUINTA

SCRIPTORES SYRI EPOCHAE POSTPATRISTICAE. VERSIONES

Caput I.

SCRIPTORES NESTORIANI EPOCHAE POSTPATRISTICAE

Breviter in hac parte illos scriptores recensemus qui etsi extra aevum patristicum floruerint tamen scripta composuerunt quae momentum retrospectivum pro ipsa epocha patristica habent. Hac de causa eos solum auctores et ea dumtaxat eorum opera laudabimus quae hoc momentum retrospectivum prae se ferunt.

§ 151. Timotheus I Katholikos.

Monastica vita initiatus et deinde ep. Beth Baggaš, tandem consecratus est Katholikos an. 780 et obiit 9-1-823. Favore gaudens kalipharum propagavit Ecclesiam nestorianam per Indiam, Turkestan, Sinam et Yemen et 4 novas provincias ecclesiasticas erexit, quarum unam in Armenia alteram in Syria. In synodis ann. 790-1 et 804 nestorianae doctrinae observantiam promovit.

Plures canones promulgati sunt sive a synodis quibus T. praeerat sive ab ipso Katholiko. Qui etiam circa 200 epistulas scripsit et disputationem de religione coram kalipha al-Mahdi tenuit. De aliis etiam T. scriptis fontes referunt, quae tamen perierunt.

Ed. : canonum : A. Mai, Script. veter. Nova Coll. 4, 26. - O. Braun, OC 2 (1902) 283-311. - J. B. Chabot, Syn. Orient. 599-608.

Ed. epist. : O. Braun, CSCHO, Lovanii 1914. - *vers. lat.* ib. 1915.

Ed. disputat: A. Mingana, Woodbrooke Stud. II, 3 [cum *vers. angl.*]. - *vers. arab.* : L. Cheikho, Al-Machriq 19 (1921) 359-74, 408-18.

Studia : A. Braun, OC 1 (1901) 138-52. - H. Labourt, De T. I Nestorianorum patriarcha, Parisiis 1903. - Baumstark 217-18. - G. Furlani, Gli impedimenta matrimonii secondo il patriarca nestoriano T. I, Rend. Acc. Linc. 5, 19 (1920) 261-72. - R. J. Bidawid, Les lettres du patriarche nestorien T. I, Étude critique avec en appendice la Lettre de T. I aux moines du Couvent de Mar Maron, Città del Vaticano 1956 (Studi e Testi 187).

§ 152. Išo' (Iesus) Bar Nun, Katholikos.

Per aliquod tempus docuit in schola Seleuciae et deinde monasticam vitam in monte Izla degit. Favore aulae kaliphalis ordinatus est an. 823 Katholikos et obiit 1-4-828.

Praeter epistulas ineditas de re liturgica conservantur ex eius scriptis Quaestiones de textu S. Scripturae (ineditae in ms. Cambridge Add 2017) et « Canones et leges » 133 articulis constantes.

Ed. : E. SACHAU, Syrische Rechtsbücher 2, 119-47.
Studia : ASSEMANI, BO 3, 165-6. - E. SACHAU, op. cit. XXI-XXIII. - BAUMSTARK 219-20.

§ 153. Theodorus Bar Koni (Kewani).

Non confundendus cum homonymo saec. IX exeuntis, floruit sub fine saec. VIII ut magister, et fratri suo Ioanni librum Scholiorum dedicavit. Hoc autem opus, 11 sermonibus seu *memrē* constans, eruditione sua praeclarissimum est et continet magni pretii notitias de coaevis religionibus necnon speculationes de rebus theologicis, grammaticis et philosophicis.

Ed. : A. SCHER, CSCHO pars I, Lovanii 1910 ; pars II, ibid. 1912 [sine versione, proh dolor!]. - *vers. germ.* fragm. e 1-3 serm. : M. LEVIN, Die Scholien des Th. b. K. zur Patriarchen-Geschichte, Berlin 1905. - *vers. gall.* fere integri serm. 9 : H. POGNON, Inscriptions mandaïtes des coupes de Khouabir, Paris 1899, pp. 105-38.
Studia : Th. NÖLDEKE, B. Chone über Homer, Hesiod und Orpheus, ZDMG 53 (1899) 501-7. - Ch. CLERMONT GANNEAU, Empédocle, les Manichéens et les Cathares, JA 9, 15 (1900) 179-86. - V. M. KUGENER apud F. CUMONT, La cosmogonie manichéenne d'après Th. b. K. ,Bruxelles 1908. - A. BAUMSTARK, Griechische Philosophen und ihre Lehren in syr. Überlieferung, OC 5 (1905) 1-25. - G. FURLANI, La filosofia nel Libro degli Scoli di T. b. Kêwânay, Giorn. Soc. Asiat. Ital. 1 (1926) 250-96. - Idem, T. b. K. sull'adorazione greca e romana dell'aquila, Stud. e Materiali Stor. Rel. 7 (1931) 21-23. - E. BENVENISTE, Le témoignage de Th. b. K. sur le zoroastrisme, Le Monde Orient. 21 (1932) 170-215.

§ 154. Thomas Metropolita Margae.

Fuit frater Katholici Theodosii et secretarius Abrahami II. Prius monasticam vitam egerat in conventu Beth 'Abe. Ante medium saec. IX electus est ad metropolim M. in Beth Garmai.

Paulo antea composuit sub titulo « Liber Superiorum » historiam monachorum conventus Beth 'Abe ita ut 6 priores sermones de origine monasterii Izlae mediante Abrahamo Kaškarensi tractent, dum ultimus sermo refert etiam de monasterio Birta in Beth Garmai posito. Patet momentum huius operis pro historia monachismi apud nestorianos.

Ed. : P. BEDJAN, Liber Superiorum seu historia monasteriorum auctore Th. ep. Margensi, Paris 1901. - E. A. WALLIS BUDGE, The Book of Governors, 2 voll., London 1893 [cum *vers. angl.*].
Studia : BAUMSTARK 233-4.

§ 155. Išo' Denah e Basra.

Composuit post an. 849-50 sub titulo « Liber Castitatis » historiam monachismi apud syros orientales in qua praecipuos fundatores monasteriorum, scriptores asceticos et celebriores eremitas recenset. Inde eius momentum ad patrologiam. Periit Historia Ecclesiastica ab. I. composita.

Ed. : J. B. CHABOT, Mélanges d'archéologie et d'histoire 16 (1896) 225-91 [cum *vers. gall.*]. - P. BEDJAN, Liber Superiorum 437-517.
Studia : BAUMSTARK 234.

§ 156. Išo'dad e Merw.

Fuit episcopus sedis Ḥedatta in Mesopotamia et floruit saec. IX. Composuit commentarios in Vetus et N. Testamentum qui in exegesi Ḥenanae inspirati videntur. Hoc opus praestat tum ad textum Scripturae melius illustrandum tum ad exegesim nestorianam epochae patristicae quasi in synthesi cognoscendam.

Editiones : introductionis in V. Test. : J. M. VOSTÉ, Bi 26 (1945) 182-202 [cum *vers. latina*]. - partialis V. T. : G. DIETTRICH, I. Stellung in der Auslegungsgeschichte des A. Testaments und seinen Commentaren zu Hosea, Joël, Jona, Sacharja 9-14 und einigen angehängten Psalmen veranschaulicht, Giessen 1902 [cum *vers. germ.*]. Genesis : C. VAN DEN EYNDE, CSCHO Lovanii 1950 [*vers. gall.* Lovanii 1955]. - Exod. Deuter. : Idem, CSCHO Lovanii 1958 [cum *vers. gall.*] - Job : J. SCHLIEBITZ, Giessen 1907 [cum *vers. germ.*]. - De Cantico Cantic. : S. EURINGER, OC 3, 7 (1932) 49-74 [cum *vers. germ.*]. - N. Testamentum : M. D. GIBSON, The Commentaries of I. of M... Cambridge 1911-13, Horae Semiticae 5-7, 10.
Studia : A. BAUMSTARK, Griechische und hebr. Bibelzitate in der Pentateucherklärung I. v. M., OC 1 (1901) 1-19. - J. M. VOSTÉ, Mar

I. de M. sur les psaumes, Bi 25 (1944) 261-96. - Idem, La table ethnographique de Gen. X d'après Mar I. de M., Mus. 59 (1946) 319-32. - Idem, La bénédiction de Jacob d'après Mar I. d. M., Bi. 29 (1948) 1-30. - Idem, Les oracles de Balaam d'après Mar I. d. M., Bi. 29 (1948) 169-94. - Idem, Le Proto-évangile selon l'exégèse de Mar. I. d. M. Bi. 29 (1948) 313-20. - Idem, Le Prophète promis par Moïse d'après Mar I. d. M., Bi. 30 (1949) 1-9.

§ 157. Elias Bar Šinaja.

Auctor nestorianus, natus an. 975, monachus, ep. Beth Nuhadra et ab an. 1002 Nisibi obiit post an. 1049.

Ex eius patrimonio litterario solummodo haec recensemus quae pro epocha patristica utilia sunt. « Chronographia » quae ad an. 1018 pervenit duplicem habet partem: in prima ad modum chronicae facta praecipua, adductis etiam fontibus praecedentibus, referuntur. Altera pars abundat tabulis chronologicis. Opus scriptum est linguis syriaca et arabica.

Ed.: E. W. Brooks, CSCHO, Lovanii 1909-10. - *vers. lat.* ib. 1910. *Ed.* grammat.: R. J. Gottheil, A Treatise on syriac Grammar by Mâr (j) E. of Sôbhâ, 1887. - lexici: Thomas a Novaria, Thesaurus arabico-syro-latinus, Romae 1636.
Studia: P. de Lagarde, Praetermissorum libri duo, Göttingen 1879, pp. 1-89. - A. Merx, Historia artis gramm. apud syros pp. 112-24. - Baumstark 287-8. - E. Karim Delly, La théologie d'E. b. Š. Étude et traduction de ses Entretiens, Rome 1957.

§ 158. Lexica ab Iso' Bar 'Ali et ab Abu-l-Ḥasan Bar Bahlul composita.

Inter nestorianos hi duo medici fere eodem tempore floruerunt. Bar 'Ali enim, ophtalmologus, obiit 28-III-1001. Bar Bahlul vero Awanae in dioecesi Ṭirhan natus vixit secunda medietate saec. X.

Lexicon a Bar 'Ali compositum et diacono Abrahamo dicatum ab hoc posterius adiunctis completum est.

Ed.: prima pars: G. Hoffmann, Syrisch-arabische Glossen, Kiel 1874. - secunda pars: R. Gottheil, The syr. arab. Glosses of J. b. 'A. Part II ed. from the mss in Oxford, London, Paris, Leyden and Rome, Rome 1901.

Lexicon cuius auctor Bar Bahlul, praestat interpretatione vocabulorum graecorum maxime e technicis scientiis desumptorum

et citatione fontium. Hoc praesertim lexicon in usu fuit omnium syrorum etiam occidentalium necnon maronitarum. Facta est etiam conflatio duorum lexicorum.

Ed.: R. Duval, Lexicon syriacum auctore Hassan Bar Bahlul, Parisiis 1886-1903.
Studia: W. Gesenius, De Bar Alio et Bar Bahlulo commentatio, Leipzig 1834. - A. Rahlfs, Göttinger Gel. Anzeigen 1893, pp. 960-1010. - Baumstark 241-2.

§ 159. 'Abdiso' Bar Berika seu Ebedjesu Ṣobensis.

Celeber scriptor nestorianus. Inde ab an. 1290 ep. Ṣobae (= Nisibis) obiit an. 1318. Ipse est auctor Nomocanonis, compilationis nempe in duobus tomis canonum synodalium, et Catalogi scriptorum nestorianorum versibus dodecasyllabis compositi qui ad patrologiam nestorianam eximium pretium habet et « Libri de Margarita circa veritatem fidei », in quo nestoriana theologia in forma symboli compendiatur.

Ed. nomocanonis: A. Mai, Scriptorum veter. nova collectio 10, 317-66. - *vers. lat.*: J. M. Vosté, Ordo Iudiciorum Ecclesiasticorum compositus a Mar A. metr. Nisibis; latine interpretatus est, notis illustravit. I, 5, Codificazione can. or. Fonti Ser. 2, fasc. 15. - Caldei. Diritto antico II, Città del Vaticano 1940. - Catalogi: Abraham Echellensis, Romae 1658. - Assemani BO, 3, 325-61 [cum *vers. lat.*]. - *vers. angl.*: G. P. Badger, The Nestorians and their Rituals 2, 361-79. - Libri de margar.: A. Mai, Script. Vet. Nova Coll. 10, 2, pp. 317-66 [cum *vers. lat*] - *vers. angl.*: Badger, ibid. 2, 380-422.
Studia: Baumstark, 323-25.

Caput II.

SCRIPTORES JACOBITAE EPOCHAE POSTPATRISTICAE

§ 160. Dionysius e Tellmaḥre Patriarcha iacobita.

Ordinatus est an. 818 et obiit 22-VIII-845. Prius monachus fuerat in Qennešrin. Partem habuit in litibus internis cum schismaticis jacobitis dum fere per totam vitam favore kalipharum gavisus est.

D. composuit egregiam Historiam quae duabus partibus et 16 libris constabat et facta inter annos 582 et 842 narrabat. Solum exigua fragmenta per directum tramitem nota sunt, edita in Assemani, BO 2, 72-7. Sed magna pars operis transcripta est ab anonymo chronico an. 1234 (vid. § 150). Aliae citationes inveniuntur in Historia Ecclesiastica Michaelis I (vid. § 162).

Studia : Baumstark 275-6. - R. Abramowski, D. von T., jakobitischer Patriarch von 818-45, Leipzig 1940.

§ 161. Dionysius Bar Ṣalibi.

Fuit episcopus Amidae et obiit an. 1171. Hic celeber auctor jacobita plura opera composuit. Thema patristicum agitur in Commentario in Centurias Evagrii (ined. ms. *Berlin* 186 ; solum exigua pars editur in Catal. Sachau pp. 605-6) et in scripto « e canonibus Apostolorum et sanctorum Patrum » in quo poenitentiales normae dantur (ined. ms. *Paris* 224; Anc. Fonds 141).

Studia : Baumstark 295-98. - A. Vaschalde, *ed.* Commentarii in Evangelium, CSCHO, Lovanii 1931, 1940 [vers. lat. 1933, 1939]. - I. Ephraem I, *vers. arab.* Commentarii in Isaiam, MBS IV, 257-64 (1937) ; V, 61-71. - A. Mingana, The Work of D. B. against the Armenians, Bull. John Ryland's Libr. 15 (1931) 489-599 = Woodbrooke Studies IV (cum *vers. angl.*]. - P. P. Essabalian [vers. arm. eiusdem operis], Handes Amsorya 52 (1938) 89-101, 185-97. - A. Mingana, Barsalibis Treatise against the Melchites, Woodbrooke Studies I, 17-95 [cum *vers. angl.*].

§ 162. Michael I (+ 1199) Patriarcha jacobita.

Auctor Historiae Ecclesiasticae quae constat 21 libris et res gestas usque ad an. 1194-5 narrat. Ms. syriaco Edessae usus est J. B. Chabot ad suam editionem. Exstabat apud nos prius versio retractata armenica. Nota est etiam vetus versio arabica.

Michael in suo eruditissimo opere sequitur methodum Eusebii et multa antiqua documenta et chronica usurpat et saepe ad verbum fere transcribit; quare ad totam historiam syrorum maxime occidentalium valde singularis est momenti.

Editio : J. B. Chabot, Chr. de Michel le Syrien Patr. Jacobite d'Antioche, éditée pour la première fois et traduite en francais, 3 volumina, Paris 1900-10.

Versiones : *antiqua armenica* : Jerusalem, 1870-71, versa a V. Langlois, Chronique de Michel le Grand... [Venetiis 1868]. - *Antiqua arabica* : Ms. *Brit. Mus. Or.* 4402. - *gallica* : J. B. Chabot, op. cit.

Studia : F. Haase, Die armenische Rezension der syr. Chr. Michaels des Grossen, OC 2, 5 (1915) 60-82 ; 271-84. - Baumstark, 300. - A. Klitschian, Armenicus codex Chronicae Michaelis Syri ex an. 1248 [armenice], Handes Amsorya 40 (1926) 356-69. - J. B. Chabot, Note sur un passage de la « Chronique de Michel le Syrien » relatif aux Maronites, Comptes Rendus de l'Acad. d. Inscr. et de Belles L. 1940, pp. 68-72.

§ 163. Gregorius Abu-l-Farağ, Barhebraeus.

Natus in Melitene an. 1225-6, nominatus Maphrianus an. 1264, obiit an. 1286. Valde eruditus et omni scientia praeditus, in se indigenam traditionem syriacam jacobiticam cum cultura islamica et cum scholastica occidentali coniunxit.

Ex copiosissimis eius scriptis haec pro patrologia recensere iuvat. « Liber Candelabri Sanctuarii » continet quasi in synthesi theologiam jacobiticam non sine immixtione philosophiae et profanae scientiae.

Ed. partialis : F. Nau, PO 13, 252-69. - J. Bakoš, PO 22 et 24. - F. Graffin, PO 27 [cum *vers. gall.*].

Nomocanon seu « Liber Legum » est codex qui in 40 capitibus compilat omnes canones vigentes in iure ecclesiastico et civili et poenali.

Ed. : P. Bedjan, Barhebraei Nomocanon, Paris 1898. - *vers. lat.* : J. A. Assemani apud A. Mai, Script. Veter. Nova Collect. 10, 3-268.

« Liber Ethicon » et in forma breviore pro ascetis « Liber columbae », qui continet etiam sententias veterum Patrum.

Ed. : P. BEDJAN, Liber Ethicon seu moralia, Paris 1898. - G. CARDAHI, Abulfaragi... Liber columbae, Romae 1898. - *vers. angl.* : A. J. WENSINCK, B. H. 's Book of the Dove together with some chapters from his Ethikon, Leyden 1919.

« Chronographia » ad ultimum vitae annum perducta est, praeclarum opus quod comprehendit et Historiam mundi et Historiam Ecclesiasticam. Recenset vero tum facta praecipua Veteris Testamenti tum eventus Ecclesiae primitivae, Ecclesiae jacobiticae et nestorianae. Bar Hebraeus perficit Historiam Ecclesiasticam Michaelis I quam tamen valde copiose usurpat.

Ed. P. J. BRUNS-G. G. KIRSCH, Bar Hebraei Chronicon syriacum e codd. Bodleianis... 2 voll. Leipzig, 1789 - P. BEDJAN B. H. Chronicon syriacum... Paris 1890 - J. B. ABBELOOS-Th. LAMY, Chronicon ecclesiasticum... 2 voll, Lovanii 1872, 1877 [cum *vers. lat.*] - *vers. arab.* P. I. ARMALE, Al-Machriq 43 (1949); 40 (1952); 47 (1953); 48 (1954); 50 (1950) - *vers. angl.*: E. A. WALLIS, The Chronography of B. H. being the first part of his political History of the World, 2 voll. Oxford 1932.

Studia : BAUMSTARK 313-20 [cum copiosa bibl.]. - [bibl. posterior] : L. CHEIKHO, Une version arabe des Récits Plaisants de B. H. ,Al-Machriq 20 (1922) 709 ss. 767 ss. - W. F. CARR, G.A.F. commonly called B. H. : Commentary on the Gospels from the Horreum Mysteriorum, London 1925. - F. S. MARSH, The Book which is called The Book of the Holy Hierotheos with Extracts from the Prolegomena and Commentary of Theodosios of Antioch and from the « Book of Excerpts » and other Works of Gregory B. H. ,London-Oxford 1927. - G. FURLANI, Die Physiognomik des B. H. in syrischer Sprache, Zeitsch. f. Semitistik 7 (1929) 1-16. - Idem, La psicologia di Barhebreo secondo il libro « La crema della sapienza », RSO 13 (1931) 24-52. - M. SPRENGLING - W. C. GRAHAM, B. H. Scholia on the Old Testament (Genesis - II Samuel), Chicago 1931. - G. FURLANI, B. H. sull'anima razionale, Orientalia 1 (1932) 1-23, 97-115. - H. F. JANSSENS, B. H. Book of the pupils of the eye, Oxford 1932. - H. KOFFLER, Die Lehre des B. H. von der Auferstehung der Leiber, Rom 1932, Or. Christ. 81. - G. FURLANI, Avicenna, B. H., Cartesio, RSO 14 (1933) 21-30. - Idem, Di tre scritti in lingua siriaca di B. H. sull'anima, RSO 14 (1933) 284-308. - Idem, La demonologia di B. H., RSO 16 (1935) 375-87. - H. F. JANSSENS, L'Entretien de la Sagesse (Introduction aux oeuvres philosophiques de B. H.), Bibl. de la Fac. de Philos. et Lettres de l'Univ. de Liège, tom 75 (1937) .- J. BAKOŠ, Die Einleitung zur Psychologie des B. H. im achten Fundamente seines Buches, der « Leuchte des Heiligtums », Archiv Orientální 10 (1938) 121-27. - I. E. BARSAUM, [vers. arab. de « L'Entretien de la Sagesse »] Homs 1940. - E. HONIGMANN, Zur Chronographie des B. H., Or. Lit. Zeit. 37 (1934) 273-83. - J. BAKOŠ, Psychologie de G. A. dit B. H. d'après la huitième base de l'ouvrage Le Candelabre des Sanctuaires, Leiden 1948 [text, syr. et vers. gall.]. - A. TORBEY, Les preuves de l'existence des anges d'après le traité de G. B. H. sur les anges, OC 39 (1955) 119-34. - J. HOBEICA, Liber Columbae B. H. [arabice], Al-Machriq 50 (1956) 17-69.

« Liber Ethicon » et in forma breviore pro ascetis « Liber columbae », qui continet etiam sententias veterum Patrum.

Ed. : P. BEDJAN, Liber Ethicon seu moralia, Paris 1898. - G. CARDAHI, Abulfaragi... Liber columbae, Romae 1898. - *vers. angl.* : A. J. WENSINCK, B. H. 's Book of the Dove together with some chapters from his Ethikon, Leyden 1919.

« Chronographia » ad ultimum vitae annum perducta est, praeclarum opus quod comprehendit et Historiam mundi et Historiam Ecclesiasticam. Recenset vero tum facta praecipua Veteris Testamenti tum eventus Ecclesiae primitivae, Ecclesiae jacobiticae et nestorianae. Bar Hebraeus perficit Historiam Ecclesiasticam Michaelis I quam tamen valde copiose usurpat.

Ed. P. J. BRUNS-G. G. KIRSCH, Bar Hebraei Chronicon syriacum e codd. Bodleianis... 2 voll. Leipzig, 1789 - P. BEDJAN B. H. Chronicon syriacum... Paris 1890 - J. B. ABBELOOS-Th. LAMY, Chronicon ecclesiasticum... 2 voll, Lovanii 1872, 1877 [cum *vers. lat.*] - *vers. arab.* P. I. ARMALE, Al-Machriq 43 (1949); 46 (1952); 47 (1953); 48 (1954); 50 (1950) - *vers. angl.*: E. A. WALLIS, The Chronography of B. H. being the first part of his political History of the World, 2 voll. Oxford 1932.

Studia : BAUMSTARK 313-20 [cum copiosa bibl.]. - [bibl. posterior] : L. CHEIKHO, Une version arabe des Récits Plaisants de B. H. ,Al-Machriq 20 (1922) 709 ss. 767 ss. - W. F. CARR, G.A.F. commonly called B. H. : Commentary on the Gospels from the Horreum Mysteriorum, London 1925. - F. S. MARSH, The Book which is called The Book of the Holy Hierotheos with Extracts from the Prolegomena and Commentary of Theodosios of Antioch and from the « Book of Excerpts » and other Works of Gregory B. H. ,London-Oxford 1927. - G. FURLANI, Die Physiognomik des B. H. in syrischer Sprache, Zeitsch. f. Semitistik 7 (1929) 1-16. - Idem, La psicologia di Barhebreo secondo il libro « La crema della sapienza », RSO 13 (1931) 24-52. - M. SPRENGLING - W. C. GRAHAM, B. H. Scholia on the Old Testament (Genesis - II Samuel), Chicago 1931. - G. FURLANI, B. H. sull'anima razionale, Orientalia 1 (1932) 1-23, 97-115. - H. F. JANSSENS, B. H. Book of the pupils of the eye, Oxford 1932. - H. KOFFLER, Die Lehre des B. H. von der Auferstehung der Leiber, Rom 1932, Or. Christ. 81. - G. FURLANI, Avicenna, B. H., Cartesio, RSO 14 (1933) 21-30. - Idem, Di tre scritti in lingua siriaca di B. H. sull'anima, RSO 14 (1933) 284-308. - Idem, La demonologia di B. H., RSO 16 (1935) 375-87. - H. F. JANSSENS, L'Entretien de la Sagesse (Introduction aux oeuvres philosophiques de B. H.), Bibl. de la Fac. de Philos. et Lettres de l'Univ. de Liège, tom 75 (1937) .- J. BAKOŠ, Die Einleitung zur Psychologie des B. H. im achten Fundamente seines Buches, der « Leuchte des Heiligtums », Archiv Orientální 10 (1938) 121-27. - I. E. BARSAUM, [vers. arab. de « L'Entretien de la Sagesse »] Homs 1940. - E. HONIGMANN, Zur Chronographie des B. H., Or. Lit. Zeit. 37 (1934) 273-83. - J. BAKOŠ, Psychologie de G. A. dit B. H. d'après la huitième base de l'ouvrage Le Candelabre des Sanctuaires, Leiden 1948 [text, syr. et vers. gall.]. - A. TORBEY, Les preuves de l'existence des anges d'après le traité de G. B. H. sur les anges, OC 39 (1955) 119-34. - J. HOBEICA, Liber Columbae B. H. [arabice], Al-Machriq 50 (1956) 17-69.

Caput III

VERSIONES SACRAE SCRIPTURAE

§ 164. Vetus Testamentum.

Pešitta

Appellatur p. seu « simplex » — in antithesi ad « hexaplarem » saec. VII — versio Veteris Testamenti directe ex hebraico confecta quae initio comprehendebat libros Canonis massoretici (exceptis Chr., Esdr., Neh. et Esth.) et quae in communi usu fuit apud syros christianos quoadusque inde a saec. VII, paulatim etiam « hexaplaris » usurpata est. Non una est opinio circa originem p. utrum a iudaeis an a christianis facta sit. Probabilior videtur origo iudaica et quidem circa initia aerae christianae. Agnoscitur influxus Targumi Onkelos in p. Non omnes libri una manu versi sunt. Antiquissimus videtur Pentateuchus, forsan in Adiabene translatus. Saec. III antiquissima p. completa est sub aliquo influxu LXX versionis, ut videtur. Libri absentes translati sunt, alii vero, Esd. 1 (3) Mac. 3 et 4 e graeco versi.

Mss. antiquissima continent versionem p. inter quae eminent *Ambrosianum* B 21 saec. VI quod continet fere totum V. T. et aliqua apocrypha [deest solum Tobias] et *Brit. Mus.* Add. 14425 [Pentateuchus] an. 463-4.

Ed. Photolythograph. codicis Ambrosiani: A. M. Ceriani, Mon. sacr. et profana... 5, 1, Mediolani 1868. - *vers. lat.*: Idem, ibidem 1, 2' Mediolani 1866.

Ed. Pešitta : P. G. Sionita in Polyglotta Parisiensi an. 1645. - Urmiae 1852. - PP. Dominicani, Mossoul 1887-91 (reimpressa Beryti 1951).

Studia : A. M. Ceriani, Le edizioni e i manoscritti delle versioni siriache del Vecchio Testamento, Milano 1869. - Baumstark 18-19, 23-25. - Idem, Der armenische Paralleltext, Sein Verhältnis zum syrischen der P. und seine Bedeutung für die LXX-Forschung, OC 12-14 (1925) 180-213 ; 3 ser. 1 (1927) 158-69, 319-33 ; 3, 2 (1927) 146-59. - L. Haeffeli, Die P. des Alten Testaments mit Rücksicht auf ihre textkritische Bearbeitung und Herausgabe, Münster 1927 [cum copiosa bibl.]. - A. Allgeier, Cod. Phillipps 1388 in Berlin und seine Bedeutung für die Geschichte

der P., OC 3, 7 (1932) 1-15. - A. Baumstark, Das Problem der Bibelzitate in der syr. Übersetzungsliteratur, OC 3, 8 (1933) 208-25. - C. Moss, The P. version of Ezra, Mus. 46 (1933) 55-110. - C. Peeters, Targum und Praevulgata des Pentateuchs, OC 3, 9 (1934) 49-54. - N. Pigulevskaja, Fragments syro-palestiniens des psaumes CXXIII-IV, Rev. Bibl. 43 (1934) 519-27. - M. Rajji, Le psautier syr. de la P. Edition de Qozḥayya et l'édition de Cambridge, Al-Machriq 32 (1934) 337-62 [arabice]. - C. Peters, P. und Targumim des Pentateuchs. Mus. 48 (1935) 1-54. - Idem, P.-Psalter und Psalmen-targum, Mus. 52 (1939) 275-96. - F. Zimmermann, The Text of Psalms in the P., JTS 41 (1940) 44-46. - C. Peters, Zur Herkunft der P. des ersten Samuel-Buches, Bi. 22 (1941) 25-34. - E. R. Rowlands, Inner-Syriac Corruptions in the Book of Psalms, JTS 42 (1941) 65-7. - J. M. Vosté, Sur les titres des psaumes dans la P. surtout d'après la recension orientale, Bi 25 (1944) 210-25. - W. D. McHardy, Ben-Zeéb's Edition of the P. Text of Ecclesiasticus, ZATW 61 (1945 - 48) 193-4. - J. M. Vosté, La P. de Mossoul et la révision catholique des anciennes versions orientales de la Bible, Misc. Giov. Mercati I, Vaticano 1946, 59-94. - R. M. Tonneau, Texte syriaque de la Genèse, l'Héxaémeron, Mus. 59 (1946) 333-44. - J. M. Vosté, Projet d'une édition critico-ecclésiastique de la P. sous Léon XIII, Bi. 28 (1947) 281-86. - W. D. McHardy, The P. Text of Daniel XI. 4, JTS 49 (1948) 56-7. - D. M. Enclert, The P. of Second Samuel, Philadelphia 1949. - H. Schneider, Wenig beachtete Rezensionen der P., ZATW 62 (1949-50) 168-99. - A. Vogel, Studien zum P.-Psalter, Bi. 32 (1951) 32-56, 198-231, 336-63, 481-502. - M. H. Gottstein, Die Jesaias-Rolle im Lichte von P. und Targum, Bi. 35 (1954) 51-71. - R. Vööbus, Der Einfluss der altpalästinischen Targums in der Textgeschichte der P. des A. Testaments, Mus. 63 (1955) 215-19. - L. Delekat, Die P. zu Jesaja zwischen Targum und Septuaginta, Bi. 38 (1957) 185-99, 321-35.

De versione "hexaplari" Veteris Testamenti egi in §§ 117, 118.

§ 165. Novum Testamentum.

A) *Evangelia.*

Iam diximus de « Diatessaron » seu Harmonia Evangeliorum a Tatiano ultimis decenniis saec. II composita (cfr. § 7).

Vetus syra. Hoc opportuno titulo appellatur recentissime illa versio quae etiam « pešitta » — minus apte, ni fallor — vocatur, quae videlicet transferebat singula Evangelia, ideo vocata etiam « Evangelium damepharreše » seu separatorum. Nova studia demonstrarunt non esse verum axioma a Burkitt prolatum, nempe ante Rabbulam Edessae non nisi Diatessaron post eum vero non nisi Evangelia separata usurpata esse. Hodie constat antiquis

temporibus, probabilius ab ipso saec. II simul cum Diatessaron, quod sine dubio maximo favore et usu usque ad medium saec. V gaudebat, notas fuisse alias versiones Evangeliorum non uniformes quae mutuum cum Diatessaron influxum habere videntur. Has in epocha antecedenti Rabbulam opportune «Veterem syram» aut veteres syras appellare possumus. Harum monumenta duo sunt: fragmenta inventa a Cureton in ms. *Brit. Mus.* Add. 14451 saec. V et prior scriptura palinpsesti inventi ab A. Smith Lewis in monasterio S. Catherinae in Sinai an. 1892 et quae eiusdem fere aetatis est. Alia vestigia inveniri possunt in antiquissimis traductionibus v. gr. in versione Titi Bostrensis.

Ed.: syrocuretonianus: W. CURETON, Remains of a very ancient recension of the four gospels in Syriac hitherto unknown in Europe, London 1858; completus a W. WRIGHT, Fragments of the Curetonian Gospels, London 1872. - F. C. BURKITT, Evangelion da-Mepharreshe. The Curetonian Version of the four Gospels with the readings of the Sinai Palimpsest and early Patr. Evidence, Cambridge 1905. - *retroversio in graec.*: F. BAETHGEN, Leipzig 1885.

Ed.: syrosinaiticus: R. L. BENSLY - J. R. HARRIS - F. BURKITT, The four Gospels in Syriac transcribed from the Sinaitic Palimpsest, Cambridge 1894; completus: A. SMITH LEWIS, Some pages of the four Gospels retranscribed from the Sinaitic Palimpsest with a Translation of the whole Text, London-Cambridge 1896. - A. SMITH LEWIS, The old Syriac Gospels or Evangelion da mepharreshe... London 1910.

Studia: BAUMSTARK 21-23 [cum bibl.]. - [posterior bibl.] A. BAUMSTARK, Die evangelischen Fragen und Lösungen des Eusebius in jakobitischer Überlieferung und deren nestorianische Parallelen, OC 12, 14 (1925) 30-70. - W. JENNINGS, Lexicon to the syriac N. Testament (Peschitta) with copious References, Dictions, Names of Persons and Places and some various Readings. Revised by U. Cantillon, Oxford 1926. - H. HJELT, Syrus Synaiticus, Helsingfors 1930. - A. BAUMSTARK, Der Text der Mani-Zitate in der syrischen Übersetzung des Titus von Bostra, OC 3, 6 (1931) 23-42. - Idem, Arabische Übersetzung eines altsyrischen Evangelientextes und die Sure 21, 105 zitierte Psalmenübersetzung, OC 3, 9 (1934) 165-88, 278-79. - C. PETERS, Der Text der soghdischen Evangelienbruchstücke und das Problem der Pešitta, OC 3, 11 (1936) 153-62. - W. D. MACHARDY, Sigla for the syriac Versions of the N. Testament, JTS 47 (1946) 177-80. - A. VÖÖBUS, Researches on the Circulation of the Pshitta in the Middle of the fifth Century, Pinneberg 1948. - Idem, Neue Ergebnisse in der Erforschung der Geschichte der Evangelientexte im Syrischen, Pinneberg 1948. - Idem, The old syriac Version in a new Light and urgent Tasks in textual Criticism of the N. Test. Spophoreta Tartuensia, Stockholm 1949. - Idem, The oldest extant Traces of the syr. Peshitta, Mus. 63 (1950) 191-204. - Idem, La première traduction arménienne des Evangiles, Rech. Sc. Rel. 37 (1950) 581-86. - Idem, Neue Angaben über die textgeschichtlichen Zustände in Edessa in den Jahren ca 326-340, Stockholm 1951. - Idem, Neuentdecktes Textmaterial zur Vetus Syra, Theol. Ztschr. 7 (1951) 30-38. - Idem, A critical apparatus for the Vetus Syra, Journ. of Bibl. Liter. 70 (1951) 123-28. - M. BLACK, Zur Geschichte des syrischen Evangelientextes, ThLZ 77 (1952) 705-10. - Idem, The Text of the Peshitta Tetraevangelium. Studia Paulina in honorem J. de Zwaan septuagenarii, Haarlem 1953, pp. 20-27. - A. VÖÖBUS, Das Alter der Peschitta, OC 38 (1954) 11-40. - L. DELEKAT, Die syropalästinesische Übersetzung der Paulusbriefe und die Peschittâ, NTS 3 (1957) 223-33.

De recognitione «philoxeniana» Novi Testamenti egi in § 105.

B) *Alii libri.*

Tum epistulae Pauli tum Actus Apostolorum citantur et commentantur a s. Ephraemo, qui inter canonicas habet 3. ep. Pauli ad Corinthios. Videtur has versiones non post II saec. compositas esse. Posteriore tempore factae sunt versiones deuterocanonicorum N. T. Apocalypsis videtur ignorari ante saec. V.

Studia: W. BAUER, Der Apostolos der Syrer in der Zeit von der Mitte des vierten Jahrh. bis zur Spaltung der syrischen Kirche, Giessen 1903. - W. H. HATCH, The Vulgata, Pschitto, Sahidic and Bohairic versions of the Acts and the Greek Mss., Harvard Theol. Rev. 21 (1928) 69-95. - A. VÖÖBUS, Early Versions of the New Testament, Stockholm 1954.

§ 166. Aḥikar.

Historia seu Legenda huius sapientis assyrii qui fuit scriba regis Sennacherib et, iuxta postremum stadium legendae, etiam consiliarius Pharaonis, invenit apud christianos syros, maxime nestorianos, traductores qui probabilius legendae nullum christianum elementum addiderunt.

Versionis syriacae, cuius fundamentum fuit originalis textus accadicus, plures exstant mss. Aliae versiones orientales, ut armenica et arabica ex syriaca factae videntur.

Proverbia quae in hoc celebri opere includuntur sanam ethicam naturalem ingenioso sermone docent.

Ed. ms. *Cambridge* Add. 2020 an. 1697 a F. C. CONYBEARE, J. R. HARRIS et A. S. LEWIS, The Story of Aḥikar from the syriac, arabic, armenian, ethiopic, greek and slavonic versions, London-Cambridge-Glasgow, 1898. - ms. *Berlin* 165 (Sachau 162) a F. NAU, Documents relatifs à A., Paris 1920. - ms. Berlin 134 (Sachau 336) a M. H. GUZIK, Die A.-Erzählung nach der syrischen Hs. Cod. Sachau Nr. 336 der Preussischen Staatsbibliothek in Berlin, Krakau 1936.

Versiones e syriaca versione: *Anglica*: F. C. Conybeare etc. op. cit. - *gallica*: F. Nau, Histoire et sagesse d'A. l'assyrien, Paris 1909.
Studia: P. Marc, Die Achikarsage. Ein Versuch zur Gruppierung der Quellen, Berlin 1902. - Th. Nöldeke, Untersuchungen zum Achiqarroman, Berlin 1913. - F. Nau, Histoire et sagesse etc. (cum bibl.). - O. Stählin, Griechische Literaturgeschichte, 2. ed. München 1920, 558-9. - Baumstark, 11-12.

§ 167. Apocrypha Veteris Testamenti.

In memorato codice Ambrosiano B 21 Inf. traduntur versiones syr. *Apocalypsis Esdrae* (IV Esdrae) et *Apocalypsis Baruch* quae e versione graeca, iamdiu deperdita translatae sunt. Valde antiqua est pariter vers. *Odarum Salomonis* quae ab originali graeco diverso ordine translatae sunt, et quidem, ut videtur, ante ipsum saec. III.

Editiones: Ap. Esdrae: M. Ceriani, Mon. Sacra et prof. 5, 2, Mediolani 1871. - *vers. lat.*: Idem, ibid. 1, 2, Mediolani 1866. - *vers. angl.* Esdrae: R. H. Charles, London 1896. - Apocal. Baruch: M. Ceriani, ibid. - M. Kmosko, PS II, 1055-1305 [cum *vers. lat.*]. - *vers. germ.* utriusque: B. Violet, Leipzig 1923. - Odae et psalmi Salom.: J. R. Harris, The O. and Ps. of S., Cambridge 1911. - J. H. Bernard, Cambridge 1912. - J. R. Harris - A. Mingana, 2 voll. Manchester 1916, 1920. - W. Bauer, Kleine Texte, Berlin 1933. - *vers. germ.* J. Flemming, TuU 35, 4. - A. Ungnad - W. Staerk, Bonn 1910 (Kleine Texte) .- *vers. gall.*: J. Labourt - P. Batiffol, Paris 1911. - *vers. ital.*: L. Tondelli, Le Odi di S., Roma 1914.
Studia: K. G. Kuhn, Die älteste Textgestalt der Ps. Sal., insbesonders auf Grund der syr. Übersetzung untersucht. Stuttgart 1937. - J. Begrich, Der Text der Ps. Sal. ZNTW 39 (1940) 131-63. - J. B. Frey, s. v. Dict. Bibl. Supl. I, 418-23.

Caput IV.

VERSIONES PATRUM GRAECORUM EPOCHA ORTHODOXA

§ 168. Antiquissimae versiones saec. IV factae.

Antiquissimus codex *Brit. Mus.* Add. 12150 an. 411 continet *Eusebii Caesariensis* « de Theophania », opus graece amissum, « de martyribus Palaestinae » recensionem ampliorem quam graeca et « panegyricum in honorem martyrum », graece ignotum.

Editiones: Theoph.: S. Lee, London 1842. - *vers. angl.* Cambridge 1843. - *germ.* H. Gressmann, Berlin 1904. - Narr. de mart. pal.: W. Cureton, London 1861. - [iuxta cod. Vatic. poster.]: St. E. Assemani, ASM 2, 166-209, Romae 1748. - [mixtus textus] P. Bedjan, AMS 1, 202-76. - *vers. germ.* B. Violet, TuU 14, 4. - panegyrici: W. Wright, Journ. Sem. Lang. 5 pp. 403-8. - *vers. angl.* ibid. 6 pp. 129-33.

Eiusdem Eusebii « Historia Ecclesiastica » saec. IV aut ineunte V versa est, e qua armenica prodiit. Satis antiqua est vers. pseudoeusebiani operis « de stella magorum ».

Editiones: H. E. [non completa]: P. Bedjan, Leipzig 1897. - [completior, collata cum arm.]: W. Wright - N. McLean, Cambridge 1898. - *vers. germ.* E. Nestle, TuU 25. - de stella mag.: W. Wright, Journ. of Sem. Lang. 9, pp. 117-36; 10, 150-64.
Studia: E. Lohmann, Der textkritische Wert der syr. Übersetzung der Kircheng. d. E., Halle 1899.

Etiam « Onomasticon » inventum est in ms. saec. XIV sed quod aliud antiquum exscribere videtur. Versio haec ms. graecum saec. XII opportune complet. Tandem versio antiqua « Chronicae » etsi amissa, copiosa vestigia reliquit apud historiographos syros.

Ed.: Onomast.: I. E. Rahmani - E. Tisserant - E. Power - R. Devreesse, ROC 23 (1922-23) 225-270. - vest. Chron.: P. Keseling, Die

Chronik des E. in der syr. Überlieferung, OC 3, 1 (1927) 22-48, 223-41; 3, 2 (1928) 33-56.

Existit etiam in ms. saec. VI vers. canonum evangeliorum cum epist. Eusebii ad Carpianum.

Ed. canonum (e codice Rabulae, *Laur. Med.* 1): St. E. Assemani, Bibl. Med. Laur. Pal. codd. mss. or. catal. T. IV-XXII.
Studia: A. Vaccari, Le sezioni evangeliche di Eusebio e il Diatessaron di Taziano nella letteratura siriaca, RSO 37 (1957) 433-52.

In antiquissimo iam laudato ms. *Brit. Mus.* Add. 12150 invenitur sic dictum *Martyrologium Syriacum* e graeco ariano nicomediensi translatum, quod periit, quodque Martyrologio Hieronymiano praecipuus fons fuit.

Ed.: F. Nau PO 10, 5-26 [cum *vers. lat.*]. - B. Mariani, Breviarium syriacum, Romae 1956 [cum *vers. lat.*]. - cum retrovers. in graec.: L. Duchesne. - J. B. De Rossi, Acta SS. Novembris 2, 1, pp. 52-65. - *vers. germ.*: H. Lietzmann, Bonn 1903.
Studia: I. Fernhout, De Martyrologii Hieronymiani fonte, quod dicitur Martyrologium Syriacum, Groningen 1922.

Titi Bostrensis libri 4 « contra Manichaeos » quos paulo post 363 scripsit, conservantur in eodem antiquissimo codice syriace translati, dum graece liber 4 abest. Eiusdem Titi homilia in Natalem Domini translata est partim in Catena quae a ms. saec. VI conservatur. Non omni certitudine gaudent excerpta ex homiliis Titi in Lucam quae in tardiore ms. saec. IX-X constant.

Editiones: contra Manich.: P. de Lagarde, Berlin 1859, reimpressus Hannover 1924. - Catenae: Idem, Anmerkungen zur griechischen Übersetz. der Proverbien, Leipzig 1863, pp. 94-5. - Hom. in Lc.: J. Sickenberger, Titus v. Bostra, Studien zu seinen Lukashomilien, TuU 21, 1.
Studia: Baumstark 60. - R. Casey, The Text of the anti-manichaean Writings of T. of B. and Serapion of Thmuis, Harvard Theol. Stud. 21 (1928) 97-113. - A. Baumstark, Der Text der Mani-Zitate in der syr. Übers. des T. v. B, OC 3, 6 (1931) 23-42.

Eusebii Emesae constat plura opera esse in syriacum versa, quorum tamen unicum restat fragmentum homiliae in ieiunium (ineditum, ms. *Brit. Mus.* Add. 14665 saec. X-XI). Exigui huius auctoris versiones non post diuturnum tempus compositae videntur.

Pseudoclementina. Idem antiquissimus codex *Brit. Mus.* Add. 12150 includit « Recognitiones » Clementinas quae saec. IV

versionem et alterationem expertae sunt. Posterior Vita Clementis syriaca his apocryphis fundatur.

Editiones: P. de Lagarde, Cl. Rom. Recognitiones syriace, Leipzig 1861. - W. Frankenberg, Die syr. Clementinen mit griechischem Paralleltext, Texte u. Unters. 68, 3, Leipzig 1937. - Vita Cl.: P. Bedjan, AMS 6, 1-17.
Studia: Baumstark 68. - W. Frankenberg, Zum syrischen Text der Clementinen, ZDMG 91 (1937) 577-604.

Acta Apostolorum apocrypha. Conservantur « A. Ioannis » in vers. antiqua: textus partim traductus partim syriace scriptus, partim graece notus partim vero non. « A. Matthaei et Andreae » iacent in ms. recentiore. Item « Sermo Philippi Carthagine ». Constant in ms. saec. X « Martyria SS. Petri et Pauli » et in ms. saec. VI « Acta Theclae » « Doctrina Simonis Cephas in urbe Roma ». Alia posteriora et minoris momenti scripta legendaria perstant in traditione nestoriana aut jacobitica, sive versiones sint sive simul manipulationes e graeco. Etiam « Sortes Apostolorum » novit versionem syriacam.

Editiones: A. Ioannis, Matth. et Andr., Thecl., serm. Philip.: W. Wright, Apocryphal Acts of the Apostles, London 1871 [voll. 2 cum *vers. angl.*]. - *vers. gall.* Mart. Petri et Pauli: F. Nau, ROC 3 (1898) 39-57. - Doctrina Sim.: W. Cureton, Ancients syr. Documents 35-41. - Sort. Apost.: G. Furlani, Una recensione siriaca delle S. A., Atti Ist. Ven. Scienze 82 (1922) 357-63.
Studia: R. A. Lipsius, Die apokryph. Apostelgeschichte 1, 431-41. - R. H. Connolly, JTS 8 (1907) 249-61. - A. Baumstark, Die Petrus- und Paulusacten in der literar. Überlieferung der syr. Kirche, Leipzig 1902. - P. Peeters, AB 21 (1902) 121-40. - F. Haase, Literarkritische Untersuchungen zur orientalisch-apokryphen Evangelienliteratur, Leipzig 1913. - Baumstark 68-69.

Evangelia apocrypha. Legendaria documenta circa Pilatum non pauca versa sunt syriace. « Evangelium Thomae » antiqua versione conservatur. Protoevangelium Jacobi serius prostat saepe cum « Transitu Mariae » copulatum. Deperdita est syr. vers. « Evangelii Infantiae » quod arabice perstat. Syriace pariter in recenti ms. servatur vers. « Visionis Theophili Alexandrini » de fuga S. Familiae in Aegyptum.

Editiones: Acta de Pilato: I. Rahmani, Stud. Syr. 2 [cum *vers. lat.*]. - M. D. Gibson, Stud. Sin. 5, 1-5 [*vers. angl.* 1-4]. - W. Wright, Contributions to the apocryphal Liter. of the N. Test., London 1865, pp. 19-24 [*vers. angl.* 12-17]. - I. Rahmani, Stud. Syr. 1, 1-2. - Ev. Thomae: W.

WRIGHT, op. cit. 11-6 [vers. 6-11]. - Ev. Inf.: H. SIKE, Utrecht 1697. - Visio Theoph.: A. MINGANA, Bull. John Ryland Libr. 13 (1929) 383-474.
Studia: F. HAASE, Literarkritische Untersuchungen zur orientalischen apokryphen Evangelienliteratur, Leipzig 1913. - BAUMSTARK 69-70. - E. HENNECKE, Neutestamentliche Apokryphen, 2 ed., Tübingen 1924.

Apocalypsis Pauli. E graeco antiquitus versa invenitur in variis recensionibus. Haec apocalypsis locum dedit posteriori legendae quae fingit epistulas e caelo cecidisse ad observantiam diei dominicae.

Editiones: Apoc.: G. RICCIOTTI, Orientalia 2 (1933) 1-25, 120-49 [cum *vers. lat.*]. - epistularum: J. Hi HALL, Journ. Americ. Orient. Soc. 13 (1889) 34-49; 15 (1893) 121-42.
Studia: G. RICCIOTTI, Apocalisse di P. siriaca, Brescia 1932. - M. BITTNER, Der vom Himmel gefallene Brief in seinen morgenländischen Versionen und Recensionen, Wien 1905. - BAUMSTARK 70-1.

§ 169. Patres praenicaeni.

S. Ignatii antiocheni epistulae 7 genuinae antiquitus versae sunt. Posterius et iam adulteratum « corpus ignatianum », quibus addendum est Martyrium eiusdem. Tandem nota est compendiosa versio epist. ad Polycarpum, Ephesios et Romanos.

Editiones: J. H. PETERMANN, Leipzig 1849. - Martyr.: G. MOESINGER. Suppl. corp. Ignatiani a G. Curetono ed., Innsbruck 1872, pp. 3-13. - P, BEDJAN, AMS 3, 199-214. - compendios. vers.: W. A. CURETON, The ancient. syr. version of the epistles of St. I....., London 1845. Idem, Corpus Ignatianum, London 1849. - A. MINGANA, Genuine and apocryphal Works of I. of Ant., Woodbrooke Stud. I, 96-123 [vers. angl. 9-16].
Studia: W. A. CURETON, Vindiciae ignatianae, London 1846. - H. DENZINGER, Über die Echtheit des bisherigen Textes der Ign. Briefe, Würzburg 1849. - R. A. LIPSIUS, Über d. Verhältniss der 3 syr. Briefe des I. zu den übrigen Rezensionen... Leipzig 1859. - A. MERX, Meletemata ignatiana, Breslau 1861.

Pseudo-Iustini « Oratio ad graecos » ab Ambrosio quodam retractata iacet in antiqua versione. Valde antiqua est pariter versio « Apologiae » *Aristidis*, cuius textus graecus non omnino purus restat. *Irenaei* vero operis « Adversus Haereses » solum citationes in versione syr. conservantur.

Editiones: Pseudo-Iustini: W. CURETON, Spic. syr. ,London 1855, pp. 38-42, 61-9. - Aristidis: C. VONA, Lateranum 16, 1-4, Roma 1950 [cum *vers. ital.*]. - Irenaei: B. REYNDERS, Lexique comparé du texte grec et des versions latine, arménienne et syriaque de l'« Advers. Haer. » de s. Irénée, CSCHO Subsidia 5-6, Louvain 1954.

Gregorii Thaumaturgi syriace conservantur « Ad Tatianum de anima », opus dubium, « Ad Theopompum de passibilitate et impassibilitate Dei », graece amissum, « Ad Evagrium de divinitate » quod forsan iniuste ponitur sub nomine Nysseni et titulo « De consubstantialitate ».

Citationes conservantur syriace processus contra *Paulum Samosatenum* et *Hyppoliti romani*. In recentissimo codice iacet epist. *Julii Africani* ad Aristidem (ms. *Urm.* 12).

Editiones: de anima: G. FURLANI, Journ. Amer. Or. Soc. 35 (1915) 297-317. - de passibilitate et de divinitate: P. DE LAGARDE, Anal. syr. 43-64. - Pauli Sam.: H. DE RIEDMATTEN, Les actes du procès de P. d. S., Fribourg 1952. - Hypp. rom.: J. GWYNN, Hermathena 6, 397-418; 7, 137-50. - P. DE LAGARDE, An. syr. 79-83, 87-91.

§ 170. Patres saeculi IV

Eustathii Antiocheni non nisi exiguae citationes versae sunt. *Gregorii Nazianzeni* perstant versiones epistularum, 17 sermonum et poematum aliquorum, quae adhuc ineditae latent.

Basilii Magni antiquae versiones servantur (ineditae !) tractatus « de Spiritu Sancto », Regularum, homiliarum in Hexaemeron, fragmentorum operis « adversus Eunomium », aliquarum epistularum, homiliarum de re morali, sermonis de legendis libris ethnicorum. Spuria oratio « de virginitate » videtur syriacam habuisse originem.

Editio: Eustathii: M. SPANNEUT, Recherches sur les écrits d'E, d'A., avec une édition des fragments dogmatiques et exégetiques Lille 1948. - Pro ms. quae inedita continent cfr. BAUMSTARK 77-78.
Studia: A. VÖÖBUS, Syrische Herkunft der Pseudo-Basilianischen Homilie über die Jungfräulichkeit, OC 40 (1956) 69-78.

Gregorii Nysseni fere omnia antiquitus versa sunt; quorum conservantur (inedita !) commentarium in Cant. Cantic., in Beatitudines, in Orationem Dominicam, tractatus « de opificio hominis », fragmenta « apologetici in Hexaemeron » et dialogi « de anima et resurrectione », homilia funebris in Meletium, in Gregorium Thaumaturgum, « oratio magna catechetica », ad Eustathium et

ad Ablabium tractatus theologici, antirrheticus adv. Apollinarem, fragmenta operis « de virginitate » et quaedam vestigia librorum adv. Eunomium.

Editio : hom. 1, de or. dom. : P. ZINGERLE, Monum. syr. 1, 111-16. - pro ineditis cfr. mss. apud BAUMSTARK 79.

Amphilochii Iconiensis perstat homilia apocrypha in elogium s. Basilii et genuina in Ioan. 14,28. Restant pariter fragmenta homiliarum mystagogicarum *S. Cyrilli Hierosolymitani*, quae ibi etiam ep. Ioanni tribuuntur. Versio habetur operis *S. Epiphanii* « De ponderibus et mensuris », necnon homilia *Theophili Alexandrini* de monte Coscam. A monophysitis compilatum est florilegium dogmaticum ex operibus *Diodori Tarsi*, quod, ut dicitur, interpretatus est Maʿna.

Editiones : Amphil. in Bas. : P. BEDJAN, AMS 6, 297-335. - *vers. germ.* : K. v. ZETTERSTEEN, OC 3, 9 (1934) 67-98. - Amph. in Ioan, 14, 28 : C. Moss, Mus. 43 (1930) 317-65. - Cyrilli Hier. : W. J. SWAANS, À propos des « Catéchèses Mystagogiques » attribuées à C. d. J., Mus. 55 (1942) 1-43. - Epiphan : J. E. DEAN, Chicago 1934. - Theoph. : M. GUIDI, Rend. Acc. Linc. 26 (1917) 381-469 ; 30 (1921) 217-37, 274-309. - Diodori : M. BRIÈRE, ROC 30 (1946) 231-84 [cum *vers. gall.*]. - R. ABRAMOWSKI, Der theologische Nachlass des D.v.T., ZNTW 42 (1949) 19-69.
Studia : M. RICHARD, Les écrits de Théophile d'Alexandrie, Mus. 52 (1939) 33-50. - R. ABRAMOWSKI, Das Symbol des Amphilochius, ZNTW 29 (1930) 129-35. - Idem, Untersuchungen zu Diodor v. Tarsus, ZNTW 30 (1931) 234-62.

In epocha orthodoxa versiones factae sunt *Athanasii*, cuius restant « Vita S. Antonii », epistulae ad Epictetum, ad Adelphium (inedita), « De Incarnatione Verbi » (ineditum) apocryphi « 1 liber contra Apollinarium » et « epistulae paschales » quae graece incompletae sunt. Nota est etiam epist. Athanasii secus amissa.

Editiones : Vitae s. Ant. : P. BEDJAN, 5, 1-120. - ep. ad Epict. : P. BEDJAN, Le livre d'Héraclide de Damas, Paris-Leipzig 1910, appendix - pseudo-athan, ad Apoll. : C. Moss, OCP 4 (1938) 65-84. - epist. pasch. W. CURETON, The festival letters of A., London 1848. - A. MAI, Nova Patr. Bibl. 6, 1, Romae 1803 [cum *vers. lat.*]. - epist. Ath. tributa : J. LEBON, Mu. 40 (1927) 205-48 ; 41 (1928) 169-216. - In ed. « Athanasius-Werke » tom. III, pars 1 eduntur ab H. OPITZ versiones syr. : fragm. epist. encyclicae *Alexandri alexandrini* (pp. 28-29), supposita « epist. synodalis antiochena an. 325 » (36-41), Constantini edictum convocans Nicaenum synodum (41-42) eiusdemque contra Arium (67-68). - Pro ineditis Athanasii vid. BAUMSTARK, 81-82.

Studia : H. OPITZ, Das syrische Corpus Athanasianum, ZNTW 33 (1934) 18-30. - R. P. CASEY, A syriac Corpus of Athanasian writings, JTS 35 (1934) 66-68. - J. LEBON, Altération doctrinale de la lettre à Epict. de s. Athanase, RHE 31 (1935) 713-62.

Chrysostomi copiosae versiones antiquitus factae sunt quarum maxima pars inedita iacet. Numerantur homiliae in Matth. Io. et epist. Pauli, libri « de sacerdotio », 12 homiliae « contra anomaeos », una homilia catechetica, 8 hom. « contra iudaeos », libri « ad Stagyrium », scriptum ab exilio, libri « de compunctione », exhortationes «ad lapsum Theodorum », probabiliter epist. ad Innocentium I, aliquae homiliae festivae, inter quas non omnes graece conservantur, aliquae vero sunt apocryphae.

Editiones : hom. 41 in 1 ad Cor. : P. BEDJAN, S. Martyrii qui et Sahdona quae supersunt omnia, Paris 1902, pp. 870-1. - hom. de eleemosyna : P. ZINGERLE, Monum. syr. 1, 117-23. - de humanitate Christi : F. NAU, PO 13, 114-75. - hom. in Parasceve : M. KMOSKO, OC 3 (1903) 90-125. - pseudo-chrys. de baptismo et eucharistia : I. E. RAHMANI, I fasti della chiesa patr. antiochena, Roma 1920, pp. X-XIII. - *vers. arab.* hom. in consecr. ecclesiae : I. APHREM I, Mağ. Batr. Sir. 3 (1936) 257-66. - Pro ineditis : BAUMSTARK 80-81.

Ascetarum et monachorum plura scripta translata sunt. *Antonii* conservatur una epistula. *Ammonii* seu *Ammonae* 19 epistulae. Cuidam Ammonae tribuitur Martyrium monachorum in Sinai an. 377. Sub nomine « *Macarii* » plura adsunt in versione syriaca quae graece incognita sunt. Quaedam opinio ut probabile sustinet plura ex his non a M. sed a quodam Symeone Mesopotamiae provenire qui in his messalianismum immiscuit; quae theoria non ab omnibus admittitur. Haec scripta Macarii aegyptii genuina vel apocrypha inedita iacent et comprehendunt 3 sermones « ad eos qui ad doctrinam accedunt », exhortationem ad poenitentiam, 8 epistulas quarum una etiam latine prostat, 3 sermones, 6 alias epistulas, quaestiones et responsa de oratione et insidiis diaboli, scriptum ad virginem consecratam. Tandem est versio dialogi cum angelis de anima separata, graece etiam cogniti. *Serapionis Thmuitensis* syriace et armenice exstat epist. ad discipulos Antonii.

Editiones : epist. Antonii : F. NAU, ROC 14 (1909) 282-97. - epist. Ammonae : M. KMOSKO, PO 10, 555-639. - F. NAU, PO 11, 391-502. - epist. Serap. : R. DRAGUET, Mus. 64 (1951) 1-25. - pro ineditis cfr. BAUMSTARK 84-86. - B. STEIDLE, Antonius Magnus Eremita, Romae 1956 : ibi, G. GARITTE, Le texte grec et les versions anciennes de la vie de saint-Antoine.

Evagrii Pontici copiosae sunt versiones. Hae vero syriace adsunt quae graece desiderantur: « Antirrheticus », 2a pars « Monachicos gnosticos », « Problemata gnostica » et 67 epistulae. Alia pariter syriace habentur quae saepe graece non ignorantur nempe « stychera ad coenobitas » et ad virginem consecratam, tractatus « de oratione » prius Nilo tributus, tractatus de daemonibus philistaeis et de Seraphim et Cherubim, « Capita gnosis », tractatus « de perfectione » et plures exhortationes et opuscula quae nondum sufficienti examine critico definita sunt.

Editiones: Antirrhet., Monach. gnost., Problem. gnost., epist.: W. FRANKENBERG, Euagrius Pont., Abh. d. Ges. Wiss. d. Gött. 13, 2 (1912). - ad virg. cons.: Ibid. 562-5. - de oratione: I. HAUSHERR, Or. Christ. 30, 3 (1933) - *vers. gall.*: Idem, RAM (1934) 34-93, 113-70. - Cap. cognoscitiva: J. MUYLDERMANS, Mus. 47 (1934) 73-106. Pro ineditis cfr. BAUM-STARK 86-88.

Studia: I. HAUSHERR, Les versions syriaque et arménienne d'E. le P., Or. Christ., Roma 1931, appendix. - Idem, Le « De Oratione » d'E. le P. en syriaque et en arabe, OCP 5 (1939) 7-71. - J. MUYLDERMANS, Sur les Séraphins et sur les Chérubins d'E. le P. dans les versions syriaque et arménienne, Mus. 59 (1946) 367-79.

Pseudo-Ioannes Lycopolis. Sub nomine huius « anachoretae » seu « contemplativi », qui coaevus fuit Theodosio Magno, copiosa opera de re ascetica in mss. syriacis posita sunt, quae tamen apocrypha sunt; partim Ioannis Apameae. Probabiliter diversis « solitariis » nomine « Ioannis » opera tribuenda sunt. En scripta I. L. adscripta et quae fere omnino inedita sunt.: epistulae ad Hesychium, Eubulum, Theodulum, Eutropium, Eusebium, Marcianum, Leontium, ad monachum, ad monasterium reclusorum, ad fratrem « de novo mundo et de futuris promissionibus », ad Thomasium « de mysteriis oeconomiae Christi », 2 libri de fine mundi, de compunctione et de contemptu mundi, dialogus « de anima et de passionibus », Ioanni Apameae adscribendus, 6 libri de spe futurorum, de baptismo, dialogi inter fratrem et eremitam, inter magistrum et discipulum, 22 capita, 16 quaestiones et responsa, diversae collectiones sententiarum, aliae epistulae, sermones in Rom. 8,18 et in aliquos locos Veteris et N. Testamenti, Tractatus de Trinitate, de homoousia, collectio definitionum in re morali et liturgica, preces et beatitudines etc. Cuiusdam *Marciani* monachi, restant syriace et inediti aliqui tractatus ascetici et contra apollinarismum.

Editiones: dial. de anima: S. DEDERING, Leipzig 1936. - *vers. gall.* I. HAUSHERR, Rome 1939, Or. Chr. Analecta - epistulae: L. GRIGNELL, Lund 1941. -

Studia: BAUMSTARK 89-91. - A. J. WENSINCK, New Data concerning Syr. Mystic Literatur, Med. d. K. Ak. v. W. Amsterdam 1923. - I. HAUSHERR, Aux origines de la mystique syrienne: Grégoire de Chypre ou Jean de L., OCP 4 (1938) 497-520. - Idem, Un grand auteur spirituel retrouvé: Jean d'Apamée, OCP 15 (1948) 3-42.

Nili Ancyrani aliqua restant syriace in mss. inde a saec. IX quae cum neque edita neque explorata sint non semper patet utrum cum titulis graecis concordent. Sunt vero scripta « de virtuosa vita » epist. ad Philotheum et ad monachos ignoti monasterii, necnon 2 ad ignotos, tractatus de virtute et de fuga mundi, de septem passionibus, exhortatio, homilia ad candidatos monachatus, collectio Apophthegmatum sub titulo « Margaritarum ».

Apophthegmata Patrum Aegypti iacent etiam in antiqua versione. *Historiae Lausiacae* restant capita recensionis longioris (inedita) et etiam recensio brevior ab ' Enanišo ' transcripta.. Exstant etiam 4 versiones *Historiae monachorum* sub nomine Hieronymi, *Biographia Serapionis* Palladio tributa, Pachomii sic dictum « asceticon », *Hieronymi* biographiae Malchi et Pauli.

Editiones: Apophthegmata: E. A. W. BUDGE, The Book of Paradise 301-43. - Idem, The wit and Wisdom of the Christian Fathers of Egypt. The syrian version of the Ap. Patrum., London 1934. - F. NAU PO 4, 409-511. - E. A. W. BUDGE, The Paradise or garden of the holy Fathers 1, 283-316 [*vers. angl.*]. - Hist. Laus. recens. brevior: J. W. MOBACH etc., Libri qui inscribitur Paradisus Patrum partes selectae, Uppsala 1851. - E. A. W. BUDGE, The Book of Governors 2, London 1893, et The laughable stories, London 1896. - Hist. Monach. fragm.: F. NAU PO 11, 426-32. - biogr. Serap.: P. BEDJAN, AMS 5, 263-341. - biogr. Malchi et Pauli: Ibid. 7, 236-51. - BUDGE, The Book of Paradise, 2, 279-90. - P. BEDJAN, AMS 5, 561-75. - *vers. angl.*: BUDGE, The Paradise or garden 1, 226-34, 278-81.

Studia: BAUMSTARK 92-3.

Marci Eremitae restant inediti 8 tractatus ascetici qui et graece noti sunt. Ignotus vero videtur tractatus de gradibus vitae spiritualis qui syriace constat, qui tamen interdum etiam Ioanni Lycopolis adscribitur.

Studia: BAUMSTARK 91-2. - I. A. KHALIFÉ, Les traductions arabes de M. l'E., Mél. Univ. Jos. 28 (1949-50) 115-25.

§ 171. Hagiographica et iuridica.

Martyrologia graeca

Syriacae conservantur versiones sequentium Actorum Martyrum : Quadraginta martyrum Sebastes, SS. Cosmae et Damiani, SS. Cypriani et Justae, S. Pantaleonis et sociorum, et, diversis recensionibus, S. Sophiae cum filiabus Fide et Charitate, S. Babylae antiocheni, SS. septem martyrum e Samosata, S. Agnetis romanae, SS. Eleutherii, Anthiae et Correboris, SS. Theodori et Didymi de Alexandria, (inedita), SS. Philemonis, Choraulae, Apollonii lectoris, cuiusdam praefecti et quattuor protectorum (inedita), S. Paphnutii aegyptii, SS. Apollonii, Philemonis, Ariani et quattuor protectorum (inedita), SS. Leucii, Thyrsi et Callinici, SS. Theoduli et Agathopi e Thessalonica, S. Theodotae prius meretricis Philipporum, S. Theodotae et filiiorum eius e Nicaea (inedita), S. Mammantis cappadocis, S. Phocae e Sinope (inedita), SS. Luciani et Marciani, SS. Victorini, Victoris et Nicephori, S. Mariae, S. Crescentis (inedita), S. Dioscuri (inedita), SS. Sergii et Bacchi, S. Petri alexandrini, S. Andromedae virginis hierosol., biographia S. Gregorii Thaumaturgi cuius textus graecus amissus est. His accedit Passio S. Dioscuri.

Editiones : Pro ineditis cfr. BAUMSTARK 93-95. Cetera omnia edita sunt a P. BEDJAN, AMS, praeter sequentia. - s. Mammantis : VAN DEN GHEYN, Acta S. M. aramaice... Bruxelles 1890. - s. Mariae : A. SMITH LEWIS, Stud. Sin. 9, 111-22. - s. Andromedae : ASSEMANI, ASM 68-121. - s. Dioscuri : E. TISSERANT, AB 39 (1921) 333-44.

Collationes canonicae

Prima in synodo Seleuciae-Ktesiphontis an. 419-20 memorata collectio canonica (cf. § 49) comprehendebat, praeter quosdam suppositos canones apostolorum, canones concilii Nicaeni et synodorum Ancyrae, Neocaesaraeae, Gangrae, Antiochiae et Laodicaeae. Probabilius haec collectio identificatur cum prima parte antiquissimae collectionis apud monophysitas (ms. saec. VII) quae initio comprehendit Canones Apostolorum, « Canones Apostolorum per Hippolytum » [= capp. 28, 30-34, 42-46, 32 art. 1-7 libri VIII Constitutionum Apostolicarum], canones concilii nicaeni, constantinopolitani I et localium synodorum quas prius diximus. Huic nucleo primitivo monophysitae addunt canones ephesinos et

disciplinares canones Chalcedonis. In traditione nestoriana duae collectiones ortae sunt, altera initio saec. VI quae solum synodales canones complectebatur, altera saec. IX commemorata comprehendebat sub apocrypho titulo « Synodorum apostolorum » scriptum « Doctrina apostolorum » appellatum, Canones Apostolorum et novam recensionem canonum sub nomine Hippolyti.

Editiones : collectionis monoph. partis pseudoapostolicae: P. DE LAGARDE, Reliquiae iuris ecclesiastici antiquissimae syriace, Leipzig 1856. - canonum synodalium : F. SCHULTHESS, Die syr. Kanones der Synoden von Nicäa bis Chalcedon, Abh. d. Ges. d. Wiss. Gött., 10, 11. - collect. nest. [pars synod] : F. SCHULTHESS, ibid. - pars pseudoapost. : A. MAI, Script. Veter. nov. collect. 10, 169-90. - W. CURETON, Ancient syriac documents 24-35 [*vers. angl.* 166-73]. - P. DE LAGARDE, op. cit. 33-44. - I. E. RAHMANI, St. Syr. 6. - *vers. gall.* : F. NAU, Ancienne littérature canonique syriaque... fasc. 1, Paris 1912, pp. 223-34.
Studia : BAUMSTARK 82-83.

« Codex syriaco-romanus ». Sic vocatur collectio decretorum ab imperatoribus Constantino, Theodosio I et Leone datorum quae non ante an. 457 et probabilius post 470 compilata est quaeque graece non perstat. Ante finem saec. V versa est in syriacum et inde in armenicum, in georgianum et, nonnullis additamentis et variationibus, in arabicum. A monophysitis tradita recensio videtur antiquissima. E contra tres recensiones a nestorianis traditae primitivam mutant : prima enim compendiat illam, secunda eam auget et retractat, tertia vero quae « confessori Ambrosio » tribuitur, compendium est secundae.

Editiones : recensiones monophys. et primae nest. : H. BRUNS - E. SACHAU, Syr.-römisches Rechtsbuch, Leipzig. - recens. nest. omnium : E. SACHAU, Syr. Rechtsbücher 1, 4-83 [cum *vers. germ.*]. - *vers. lat.* : G. FURLANI, Libri syr. rom. interpretationem a C. Ferrini confectam castigavit... Fontes Iuris Romani Antejustiniani, ed. 2, pars 2, Florentiae 1940.
Studia : BAUMSTARK 83, cum copiosa bibl. - posterior bibl. : C. A. NALLINO, Apokeryxeis e diseredazione nel « Libro Siro Romano di Diritto », Rend. Acc. Linc. ser. 6, vol. I, Roma 1925, pp. 709-48. - Idem, D'alcuni passi del L. Sir. Rom. di Dir. concernenti le successioni, ibid. 774-846. - Idem, Sul libro siro-romano e sul presunto diritto siriaco, Studi in onore di P. Bonfante, Pavia 1929, I, 203-61. - G. GALBIATI, Della fortuna letteraria e di una gloria orientale di S. Ambrogio, Ambrosiana, Milano 1942, pp. 45-93. - E. VOLTERRA, Un'ipotesi intorno all'originale greco del libro Sir. Rom. di Dir., Rend. Acc. Naz. Linc. vol. 8, Roma 1953, pp. 21-38.

CAPUT V.

VERSIONES POST EPOCHAM ORTHODOXAM.

§ 172. Versiones a Nestorianis factae.

Iam inde ab ipso saec. V per magistros Scholae Edessae et deinde per Nisibenos translata sunt in syriacum praecipua opera Theodori Mopsuesteni, Nestorii et Theodoreti Cyrrhi.

Theodorus Mopsuestenus. Valuit apud nestorianos tanquam « beatus Interpres » eiusque opera uti textus in Schola Nisibis adhibita sunt. Porro multae restant versiones eius etiam operum quae secus graece fere penitus perierunt. Sic habentur partim 15 libri « de Inhumanatione » a quodam Kumi versi, homiliae catecheticae, Commentarius in evangelium Ioannis, controversia contra macedonianos, fragmenta commentarii in Psalmos, in Gen., in Paulum, quibus addenda est traductio commentarii in prophetas minores etiam graece cogniti.

Editiones : de inhumanat. : E. SACHAU, Th. Mops. fragm. syr., Leipzig 1869, pp. 45-93 [*vers. lat.* 28-57]. - hom. catech. : A. MINGANA, Woodbrooke Studies, V-VI [cum *vers. angl.*]. - R. TONNEAU, Studi e Testi 145, [cum *vers. gall.*]. - comm. in Ioan. : J. M. VOSTÉ, CSCHO, Parisiis 1940 *vers. lat.*, Lovanii 1940. - contr. c. macedon. : F. NAU, PO 9, 637-67 [cum *vers. gall.*]. - in psalmos : R. DEVREESSE, Studi e Testi, 93. - in Gen. : R. TONNEAU, Mus. 66 (1953) 45-64. - in Paulum : K. STAAB, Pauluskommentare aus der griech. Kirche, Münster 1933, pp. 113-212. - in proph. minores : E. SACHAU, op. cit. 35-44 [*vers. lat.* 22-27]. - L. ABRAMOWSKI, Ein unbekanntes Zitat aus contra Eunomium des Th. v. M., Mus 71 (1958) 97-104.

Studia : de vers. syr. - BAUMSTARK 102-04. - J. M. VOSTÉ, De versione syriaca operum Th. M., OCP 8 (1942) 477-81. - Idem, Th. de M. sur les psaumes, Angelicum 19 (1942) 179-98. - Idem, Th. M. « Liber ad baptizandos » ,OCP 9 (1943) 211-28. - M. RICHARD, La tradition des fragments du traité « Peri tes enanthropeseos » de Th. d. M., Mus 56 (1943) 55-75. - A. VACCARI, In margine al commento di T. M. ai Psalmi, Miscell. Giovanni Mercati I, Vaticano 1946, pp. 175-98. - R. DEVREESSE, Essai sur Th. d. M., Città del Vaticano 1948. - F. SULLIVAN, The Christology of Th. of M., Rome 1956.

Nestorii restat in sola syr. versione « Liber Heraclidis Damasci » necnon epist. ad cives Constantinopolis a Philoxeno Mabbugensi transcripta. Conservantur insuper fragmenta et citationes sive apud Barḥadbešabba in Hist. Eccl., sive apud Severum Antiochiae. « Contraanathemata » vero non sunt genuina. *Theodoreti* constat etiam syriace Vita Iacobi Nisibeni et Juliani Sabae.

Edtiiones : Liber Heracl. : P. BEDJAN, Parisiis 1910. - *vers. gall.* : F. NAU, Parisiis 1910. - *vers. angl.* : G. R. DRIVER - HODSON, - epist. Nest. : E. W. BROOKS - F. NAU, ROC 15 (1910) 275-81 : Hanc usurpat et adulterat sic dicta « epist. ad Cosmam » *ed.* F. NAU, PO 13, 273-86 cum *vers. gall.*. - fragm. : F. LOOFS, Nestoriana, Halle 1905. - fragm. apud Sev. : J. LEBON, Mus. 36 (1923) 47-65. - contraanath. : ASSEMANI, BO 3, 2, pp. 199-202. - Theod. Hist. Jacobi : P. BEDJAN, AMS 4, 262-73. - Hist. Jul. : ibid. 6, 380-4.

Studia : F. NAU, Nest. d'après les sources orientales, Paris 1911 - BAUMSTARK 106-7, 117.

In ms. nestoriano restant 10 « anathemata contra Origenem » *Iustiniani*, dum in mss. melkita et nestoriano ad nos pervenerunt « Tomus » *Leonis* et acta synodi byzantinae an. 450.

Editiones : anathemata : I. LANNOO, Mus. 43 (1930) 7-16. - Tomus : P. MOUTERDE, Mél. Univ. S. Jos. 16 (1932) 121-65. - acta : Idem, ibid. 15 (1931) 33-50.

§ 173. Versiones a Monophysitis factae.

Actorum « Latrocinii Ephesi » sessio 22 augusti graece amissa, servatur in antiquissima versione. *Concilii oecumenici Ephesi* non nisi pauca fragmenta restant.

Editio: Latr.: J. FLEMMING, Berlin 1917, Abh. d. Ges. d. Wiss. Gött. - *vers. gall.* : P. MARTIN, Rev. Sc. Eccl. 29 (1888) 505-44 ; 30 (1889) 305-39, 385-410, 518-43. - pro fragm. conc. Ephesi : I. RUCKER, Ephesinische Konzilsakten in armenisch-georgischer Überlieferung, Sitzungsb. d. Bayr. Ak. d. Wiss., München 1930,. pp 24 ss.

Impugnatores Nestorii honores versionis facile apud monophysitas obtinuerunt. Sic *Attici* homilia pro Theotoko graece non nota, cui addi potest homilia *Severiano Gabalae* tributa de Nativitate Domini. Sic « Tomus ad Armenios » *Procli* et eidem adscriptus « Tractatus de fide ». Sic *Theodoti Ancyrae* 3 librorum contra

Nestorium secundus incompletus et tertius integer in antiqua versione (inediti !).

Editiones : Attici : J. LEBON, 46 (1933) 167-202. - M. BRIÈRE, ROC 29 (1933-34) 160-186, 378-424 [cum *vers. gall.*]. - Severiani : C. Moss, Bull. School. Or. and Afric. Studies, London 12 (1948) 555-66. - pro mss. Procli et Theodoti cfr. BAUMSTARK 161.
Studia : J. ZELLINGER, Studien zu Severian v. Gabala, Münster 1926.

Praesertim vero *Cyrilli Alexandrini* scripta versa sunt. Diximus de his quae Rabbula (cfr. § 33) vertit. Saec. VI episcopus Moyses de Aggel transtulit « Glaphyran » (ineditam). Circa idem tempus ignotus vertit scriptum « De adoratione et cultu in spiritu et veritate » et « Thesaurum de sancta et consubstantiali Trinitate » (utrumque ineditum) et graece deficientem Commentarium in Lucam, commentarium in Isaiam cuius solum vestigia manent et tractatum contra Julianum dumtaxat partim servatum. Praeterea inveniuntur fragmenta syriaca commentarii in Hebr., epist. ad Euoptium, Scholia de Incarnatione Domini, fragmenta scripti « contra Diodorum et Theodorum » et scripti « contra synusiastas ». Ex epist. Cyrilli duae ad Rabbulam servantur syriace.

Editiones : De ineditis cfr. BAUMSTARK 160-61. Pusey vero in suis editionibus Cyrilli memoratas versiones syriacas contulit quin eas tamen ederet. - comm. in Lc. : J. B. CHABOT, CSCHO, Parisiis 1912. - *vers. gall.* : R. M. TONNEAU, CSCHO, Lovanii 1953. - contra Jul. : E. NESTLE apud C. J. NEUMANN, Juliani imperatoris librorum contra Christianos quae supersunt, Leipzig 1880, pp. 42-63. - contra Diod. et Theod. : P. DE LAGARDE, Anal. Syr., Leipzig 1858, pp. 100-108. - *vers. lat.* : E. SACHAU, Theod. M. fragmenta syr., Leipzig 1869, pp. 63-68. - epist. ad Rabbulam : OVERBECK, S. Ephraemi S., Rabulae... Oxonii 1865, pp. 226-29. - *vers. germ.* : G. BICKELL BKV, Kempten 1874. - I. GUIDI, Atti R. Acc. Linc. 4, 2, Roma 1886, pp. 545-47 [altera epistula].
Studia : BARDENHEWER IV, 28-70. - F. PERICOLI - RIDOLFINI, La controversia tra Cirillo d'Alessandria e Giovanni di Antiochia nell'epistolario di Andrea di Samosata, RSO 29 (1954) 187-217. - F. SULLIVAN, The Christology of Theodore of Mopsuestia, Rome 1956.

Succensi amici Cyrilli fragmenta epistularum iacent in versione syrica. Etiam syriace perstant plura documenta ex illa compilatione *Timothei Aeluri* cui titulus « Liber contra impiam synodum Chalcedonis ».

Editiones : Succensi : A. van ROEY, Mus. 55 (1942) 87-93. - Timothei : F. NAU, PO 13, 202-47 [cum *vers. gall.*].

Studia : BAUMSTARK 162. - A. MOBER, On some syriac fragments of the book of Tim. Ail. against the synod of Chalcedon, Lund 1928.

Severi Antiocheni plura restant syriace cum tamen textus graecus fere omnino perierit. A Paulo e Callinico prima medietate saec. VI traducta sunt plura scripta contra Julianum Halicarnassi, « Philalethes » contra Ioannem Antiochiae, opus dictum « contra impium Grammaticum », commercium epistolare cum Sergio Grammatico, necnon aliquot epistulae et homilias cathedrales quae 125 numeris constant et iterum a Paulo Edessae circa an. 700 versae sunt. Epistularum Severi, fere 4.000, excerptae sunt 700 quae in diversos tomos sunt distributae : sextus saec. VII versus servatur et editus est. Severo antiocheno tribuitur rituale baptismale a Jacobo Edessae redactum. Etiam hymni liturgici secundum diversos tonos collecti (octoechos) a Paulo Edessae translati et saec. VII a Jacobo Edessae recogniti sunt. De Severo restat perantiqua biographia quae extenditur usque ad elevationem in sedem antiochenam. Altera vero medio saec. VI etiam syriace constat, quae tamen non adeo veridica est.

Editiones : Philaletes : R. HESPEL, CSCHO Lovanii 1952. - contra imp. Grammaticum : J. LEBON, Lovanii 1929, 1933, 1938. - antijulianistica : A. ŠANDA, Antijulianistica, Beirut 1931. - homil. cathedr. n. 52 : R. L. BENSLEY - W. E. BARNES, The fourth book of Maccabees, Cambridge 1895, pp. 75-88 : nn. 52-57 : R. DUVAL, PO 4 : nn. 58-119 : M. BRIÈRE, PO 8 ; 12 ; 22 ; 23 ; 24 ; 25 ; 26 ; M. A. KUGENER - E. TRIFFAUX, PO 16 ; I. GUIDI, PO 22. - orationes ad Nephalium et epist. mutuae cum Sergio Grammatico : J. LEBON, CSCHO Lovanii 1949. - epist. tom. 6 : E. W. BROOKS, The sixth book of the select letters of Severus... London 1902, 1904, voll. 2. - Idem, A collection of letters of Severus, PO 12 ; 14. - rituale baptismale : G. FABRICIUS BODERIANUS, Antuerpiae 1572 reprod. a H. DENZINGER, Ritus Orientalium, I, Würzburg 1863, pp. 309-16. - hymni : E. W. BROOKS, PO 6 ; 7. - biogr. antiquiss. : M. A. KUGENER, PO 2. - altera : ibid.
Studia : BAUMSTARK 160 - BARDENHEWER 4, 4-5. - R. DRAGUET, Julien d'Halicarnasse et sa controverse avec Sévère d'Antioche sur l'incorruptibilité du corps du Christ, Louvain 1924. - F. NAU, L'araméen chrétien (syriaque). Les traductions faites du Grec en Syriaque au VIIe siècle, Rev. Hist. d. Rel. 101 (1930) 232-87.

Ioannis Philoponi syriace legitur opus maximum, graece amissum, « Arbiter ». Constant etiam 3 tractatus tritheistici et epist. ad Iustinianum.

Editiones: Arbiter: A. ŠANDA, Opuscula monophysitica I. Ph. ,Beirut 1930. - 3 tract. trith.: G. FURLANI, PO 14. - epist.: Idem, Una lettera di G. F. all'imp. Giustiniano, Atti dell'Ist. Veneto di Sc. Lett. Arti 79 (1920) 1247-65.
Studia: BAUMSTARK 162. - G. FURLANI, Il contenuto dell'Arbitro di G. F., Riv. Trim. St. Fil. Rel. 3 (1922) 385-405.

Inter apollinaristicas adulterationes versae sunt *Pseudo-Gregorii Thaumaturgi* « Fides secundum partes », *Pseudo-Athanasii* homilia « quod unus sit Christus » et symbolum ad Jovianum, quinque *Pseudo-Julii Romani* epistulae, nec repugnat apollinaristas etiam adulterasse Anaphoras *Julii Romani* et *Caelestini*.

Quidam monachus Barlaha transtulit commentarios graecos psalmorum saec. VI. Exinde conservantur fragmenta comm. Athanasii. Simeon vero coaevus vertit commentarios diversos inter quos identificanda videtur epistula *Athanasii* ad Marcellinum. Alius traductor reliquit *Didymo* tributos tractatus « contra Arianos » et *Theophilo Alexandrino* adscriptam homiliam de separatione animae et corporis et epist. ad conventum Pachomii.

Editiones: Pseudo-Gregorius Athanas. et Jul.: J. FLEMMING - H. LIETZMANN, Apollinar. Schriften syr. mit den griech. Texten, Abh. d. Ges. d. Wiss. Gött., Berlin 1904. - anaph. Jul. *vers. lat.*: RENAUDOT, 2, 227-32. - anaph. Caelest.: W. WRIGHT, Journ. Sacr. Liter. 1 (1867) 225-32. - Theoph. de anima et corpore: M. BRIÈRE, ROC 18 (1913) 78-83. Alia sunt inedita pro quibus cfr. BAUMSTARK 164.

Isaiae Sketes 28 scripta in syriacum versa etiam apud nestorianos diffusa sunt. E graeco textu, iamdiu amisso, et syriaca et latina versiones confectae sunt. Syriaca iacet inedita. Pariter inediti sunt tractatus ascetici monachi *Marciani*, versio « Scalae » *Ioannis Climaci* et aliqui numeri « asceticorum » *Pseudo-Basilii*.

Studia: BAUMSTARK 165-66.

Zachariae Rhetoris Historia Ecclesiastica, graece desiderata, includitur in anonyma chronica — libri 3-6 — et comprehendit eventus inter ann. 450-91. Restat etiam biographia Isaiae Sketes et fragmenta biographiae Petri Iberi; diximus supra de biographia Severi antiocheni.

Editiones: H. E.: E. W. BROOKS, CSCHO, Lovanii 1919, 1921, 1924. - *vers. lat.* partim: MG 85, 1145-78. - *vers. germ.*: K. AHRENS - G. KRÜGER, Leipzig 1899. - *vers. angl.*: F. J. HAMILTON - E. W. BROOKS, London

1899. - biogr. Is. et Petri: E. W. BROOKS, CSCHO, Lovanii 1919, 1921 [*vers. lat.* 1924]. - *vers. germ.*: K. AHRENS - G. KRÜGER, op. cit. 263-74.
Studia: BAUMSTARK 183-84.

Ioannes Ruphus ep. Maiumae composuit « plerophorias » antichalcedonenses quae non graece sed syriace constant. Non longe a Ioanne reperiebatur auctor Vitae s. Petri Iberi et necrologiae Theodosii hierosolymitani et Romani monachi. Severi Antiocheni biographiam paulo post eius mortem scriptam vertit Sergius ep. Kariae.

Editiones: F. NAU, PO 8, 404-608 [cum *vers. gall.* a M. BRIÈRE]. - Vita s. Petri: R. RAABE, Petrus der Iberer, Leipzig 1895. - Vita Theod. et Romani: J. P. N. LAND, Anecd. Syr. 3, 341-3. - Vita Severi: M. A. KUGENER, PO 2, 203-400.
Studia: BAUMSTARK 184-5.

Recentiores versiones syriacae praebent collectionem 28 homiliarum *s. Basilii*, non semper genuinarum (ined.); tractatum « de mystica Theologia » *Pseudo-Dionysii* (ined.); 1 et 2 epist. *Clementis Romani*; « de anima et corpore » *Alexandri Alexandrini*; homiliam de cruce et passione Domini *Athanasio* adscriptam (ineditam), et aliam de baptismo sub eiusdem nomine (ineditam); *Procli* sermones de Incarnatione, de Nativitate Domini et encomium s. Clementis Ancyrae, fragmenta homiliarum de Theotokos, (inedita) de proto-martyre Stephano sermonem (ineditum), contra Iudam (ineditum), de Ascensione (ineditum); *Pseudo-Amphilochii* encomium Basilii, homiliam in Praesentationem Iesu in templo (ineditam); homiliam *Eusebio Alexandrino* tributam (ined.); homilias *Severiani Gabalae* (ined.) et *Erechthei*, *Antipatri Bostrae* (ined.); *Anastasii Sinaitae* sermonem de descensu ad inferos et de ps. 6 (ined.); homilias *presbyteri Pantaleonis* (ined.), *Pseudo-Gregorii Thaumaturgi* de Annuntiatione, *Pseudo-Epiphanii* de Theotoko (ineditam). In antiqua versione et sub falso nomine Chrysostomi diffusa est versio homiliae de virginitate et paenitentia *Ioannis IV Constantinopolitani* (ined.).

Editiones: epist. Clem.: R. L. BENSLY - R. H. KENNETT, The epistles of St. Clement... London 1899. - P. MARTIN, apud J. B. PITRA, An. Sacra 4, 1-2 [*vers. lat.* 276]. - Alexandri: A. MAI, Nov. Patr. Bibl. 2, 529-39. - Procli: J. B. CHABOT, Rend. Acc. Linc. 5, (1896) 178-97. - [*vers. lat.* PG 65-841-50]. - Pseudo-Amphil.: P. BEDJAN, AMS 6, 297-335. - Erechtei: F. NAU, PO 13, 171-80. - Pseudo-Thaum.: P. MARTIN apud

J. B. PITRA, Anal. Sacr., 4, 122-7. - Pro ineditis cfr. mss apud BAUMSTARK, 261-62.

§ 174. Iuridica et hagiographica.

Eodem fere tempore versa sunt *documenta iuridica*. Sic canones *Sardicae* (ined.), canones paenitentiales omnium antiquissimi qui ab episcopis Italiae missi dicuntur; quibus accedunt epistulae Patrum graecorum quae in collectiones canonicas introductae erant. Sic epist. *Petri Alexandrini*, *Athanasii* ad Amun (ined.) *Timothei I Alexandrini*, *Antonii Byzantini*, *Basilii* (ined.), *Gregorii Nysseni* (ined.). His accedit vers. syriaca *Didascaliae* quae sola restat integra et quae probabiliter a Jacobo Edessae est confecta.

Editiones: canones paenit.: F. NAU, ROC 14 (1909) 25-34. - Petri al.: P. DE LAGARDE, Reliquiae iuris eccles. antiquissimi syrorum, 99-111. - Timothei: *vers. gall.*: F. NAU, op. cit. 35-7. - Antonii: *vers. gall.*: F. NAU, ib. 119-23. - Didascalia: R. H. CONNOLLY 1929 [cum *vers. angl.*]. - *vers. germ.*: H. ACHELIS - FLEMMING, TuU 25, 2, Leipzig 1904.

Scripta hagiographica. Diverso tempore, sed fere non ante saec. VIII scripta sunt mss. quae hagiographias plus minusve legendarias e graeco vertunt. Adsunt biographiae Ioannis Eleemosynarii et Simeonis Salos (ined.) a Leontio Neapolis; biographia Nazianzeni a Gregorio Caesareae (ined.) et narratio miraculorum S. Basilii ab Helladio Caesareae (ined.), narratio imaginis Christi in Tiberiade, inventio s. Stephani proto-martyris, item capitis s. Ioannis Baptistae (ined.), biographiae et passiones SS. Barbarae et Julianae in duplici recensione, SS. Cyriaci et Julittae, S. Georgii, S. Theodori strateletis, S. Nicolai Myrae, S. Febroniae, SS. Gordii et Theonillas (ined.), SS. Drosis, Irene, Euphemiae et sociarum, SS. Ammonii, Zotici et sociorum (ined.), SS. Charisii, Acacii et Theopompi, SS. Probi, Tarachi et Andronici e Cilicia, S. Eugeniae et familiae, SS. Leontii et Publii, SS. Seleuci et Stratonices, SS. Eudoxii, Romuli, Zenonis et Macarii, S. Tryphonis (ined.), S. Sabiniani (ined.), S. Romani (ined.), S. « Barbari » Christophori, S. Placidae, SS. Andronici et uxoris Athanasiae, SS. Xenophonis, uxoris Mariae et filiorum Ioannis et Arcadii, S. Danielis Sketensis, S. Ioannis, filii Juliani, S. Euphrosynae, S. Philippae (ined.), S. Faustae (ined.), S. Eupraxiae (ined.), S. Pelagiae paenitentis, legenda S. Eulogii et Gerasimi, historiae monachorum sive ex Historia Lausiaca sive aliunde.

Editiones: Pro ineditis mss. cfr. BAUMSTARK 264-66. Omnia edita apud P. BEDJAN, AMS praeter sequentia - imago Chr. in Tiberiade: E. A. W. BUDGE, Hist. of the blessed Virgin. 1, 157-210. - Barbarae 1 recensio: A. SMITH LEWIS, St. Sin. 9, 101-10 [vers. 10, 77-84]: 2 recensio: P. BEDJAN, AMS 3, 345-55. - Georgii: E. W. BROOKS, Mus. 38 (1925) 67-116. - Drosis etc.: A. SMITH LEWIS, St. Sin. 9, 93-101, 123-218 [cum vers. in tom 10]. - « Barbari »: J. POPESCU, Die Erzählung oder das Martyrium des Barbaren Chr... Strassburg 1903. - Xenophon [*vers. germ.* e *vers. arab* G. GRAF, Byz. Ztschr. 19 (1910) 29-42. - Daniel Sketes: F. NAU, ROC 5 (1900) 391-401. - Ioannes: M. BRIÈRE, ROC 14 (1909) 155-73 [cum *vers. gall.*]. - historiae monachorum: H. GISMONDI, Chrestom. 48-54 [*vers. ital.*: I. PIZZI, Bessarione 1, 387-9].

§ 175. Documenta liturgica

Sub fine saec. VII ponendae sunt versiones *Anaphorarum* quae veniunt sub nomine Timothei Alexandrini, Ignatii, Gregorii Nazianzeni. Cyrilli Alexandrini, Severi Antiocheni et Ioannis Bostrensis.

Editiones: Ignatii, *vers. lat.*: RENAUDOT 2, 215-26. - Nazianzeni: J. A. ASSEMANI, Codex Liturgicus 7, 185-99. - Cyrilli: Missale Chald., pp. 114-45. - Severi: *vers. lat.* RENAUDOT 2, 321-30. - Ioannis: ib. 421-34.

Probabiliter etiam e graeco versae et adaptatae sunt Anaphorae sub nomine Caelestini Papae, Eustathii Antiocheni, Iulii Papae, Clementis Romani, Dionysii Areopagitae et Duodecim Apostolorum.

Editiones: Caelestini: W. WRIGHT, Journ. Sacr. Liter 5. 1,225-32. - Eustathii: *vers. lat.* RENAUDOT 2, 235-40. - Missale Chald. 162-71. - Iulii: RENAUDOT, 2, 227-33. - Clementis: ib. 186-99. - Dionysii: ib. 202-12. - XX Apost.: RAHMANI, Missale 1922, pp. 128 ss. - *vers. lat.* RENAUDOT, 2, 170-74.

Studia - H. FUCHS, Die Anaphora des monophysitischen Patr. Iôḥannan I, herausg. übersetzt und im Zusammenhang der gesamten jakobistischen Anaphorenliteratur untersucht, Münster 1926.

Conservantur in ms. *Berl.*, *Sachau* 349 « *eniānē* » quae aliqua elementa patristica continent. Cfr. O. HEIMING, Syrische Eniânê und griechische Kanones, Münster 1932, pp. 53-78.

Benedictio aquae baptismalis quae Severo Antiochiae tribuitur invenitur apud monophysitas (*ed.* H. DENZINGER, Ritus Orient. 1, Wûrzburg 1863, p. 275). Amplior benedictio in usu erat, nempe benedictio aquae die Epiphaniae etiam e graeco versa (*ed.*: J.

MARQUESS OF BUTE, The Blessing of the Waters in the Eve of the Epiphanie, London 1901, pp. 71 ss., 91 ss. in duplici recensione). Nestorianis specialis nota erat circa saec. VII formula benedictionis baptismalis aquae (*ed.*: G. DIETTRICH, Die nestorianische Taufliturgie, Giessen 1903, pp. 39-41).

Studia: H. SCHEIDT, Die Taufwasserweihegebete, Münster 1935.

INDEX NOMINUM

(NB. Numeri indicant paginas. Numeri *italici* significant locum ubi de quaestione fusius agitur. Quando nomina litteris scribuntur *italicis*, agitur de versione in syriacum).

INDEX RERUM SYSTEMATICUS

Theologia

Sacra Scriptura

Liturgia

ERRATA

pag. 48 dicit (cfr. § 95) - lege: (cfr. § 123).

pag. 65 dicit: Maccabaeis - legge: Machabaeis

pag. 133 dicit: § 89 - lege: § 83